

Jacob Stypman

## Jacobi Stypman Commentatio De Praeda

[Stralsund?], 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731842952>

Druck Freier  Zugang



Büste

Stypman.

1640.



28

17.

JACOBI STYPMAN

COMMENTATIO

*1632 hands*

De

PRÆDA.

---

1640.

*Causes of the ...  
Chy. ...  
...*

*g 28.*

JACOBI ZYTTMAN  
COMMENTARIO  
DE  
PRADA

1640.



**D**E Præda scribis, sed Prædæ ducitur unde,  
Nomen, si liceat quærere, Amice, peto?  
Quicquid ais, Monstrum Rem Nomen comprobat ipsum,  
Quàm causam quæris Prædare quando jubet:  
Nempe prius des vult, post quæras unde, quæretis  
parcas, quando Rei causa libido fubest:  
Quicquid sit, prædam distingues, gratulor, absit  
Hac quisquis vivit, si sit iniqua, Vale.

*In transitu festinanti calamo Dno. Autori  
Amico Amicæ ita manum, mentem  
h, m, probare relinquere volui.*


Henricus Gieseberth.



*[Faint, mirrored bleed-through text, likely from the reverse side of the page, including a large initial letter 'D']*

Henricus Gleichberh.





## DE PRÆDA BELLICA.

### CONCLUSIO I.



Constitutis semel communi omnium Gentium consensu Rebus publ. l. 2. l. 5. d. *justit. & jur.* subvenit jus civile formatis ac in forum introductis certarum actionum formulis l. 2. §. 6. d. O. *jur.* ut privatae auctoritatis exercitum utpote societatem humanam tollens & cum ipso sine consociationis civilis pugnans prorsus aboleret. *Bodin. 1. d. Rep. 4.* Si enim sic erimus affecti inquit (*Cic. Offic. lib. 3.*) ut propter suum quisq; emolumentum spoliet aut violet alterum, disrumpi necesse est eam quæ maximè est secundum naturam, humani generis societatem. Ut si unumquodq; membrum hunc sensum haberet, ut posse putaret, se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse est: sic si unusquisq; nostrum rapiat ad se commoda aliorum, detrahatq; quod cuiq; possit, emolumentum sui gratia, societas hominum & communitas evertatur necesse est. *Vid. ad hunc loc. Cic. Manut. Franc. Mors. & Hadly. Viv. in not. & comm.* Neq; verò hoc solum Naturâ id est Jure Gentium, sed & legibus Populorum, quibus in singulis Civitatibus singulæ Respub. continentur, eodem modo constitutum est, ut non liceret sui commodi causa nocere alteri. hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse Civium conjunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coërcent. *Cic. alleg. lib. 3.* Si quis igitur putat se quasdam contra alterum habere petitiones, actionibus experiatur necesse est. l. 13. ff. *quod met. causa judi-*

B

ciorum



eorum vigore jurisq; publicæ tutelâ in medio constitutâ, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem *l. 14. C. d. Judæ.* sed si contra leges aliquid existimet sibi perpetratum, liceat adire iudicem & legitimum postulare præsidium *l. 5. C. d. his qui ad ecclæs. conf.* Si autem contra hæc quis in tantam furoris pervenerit audaciam, ut possessionem rerum ante adventum judicialis arbitrii violenter invaserit. *l. 7. C. und. Vi* ut prædo intelligitur. *l. u. C. eod.* non enim est singulis concedendum quod per Prætorem publicè fieri oportet. *l. 176. d. R. jur.* In pacatâ igitur Civitate neminem decet armis tettere *l. 9. C. d. oblig. & act.* non patiente Præto-  
tore ad arma & rixas eos descendere, quos J Cditione sua com-  
pescere potest. *l. 6. d. Offic. Prætor.* sicut etiam volente & tradente Domino res aliorum nostræ sunt *arg. §. 41. Inst. d. acquir. rer. domin. l. 3. eod. l. i. §. i. d. acquir. poss. non invito l. u. d. R. 7. l. 70. d. R. Ven. raro igno-  
rante §. pen. 7. per. q. p. adq. ridiculum n: est dicere vel audire, quod per ighorantiam alienam quis rem quasi propriam occupaverit, cum omnes scire debeant, quod suum non est, hoc ad ali-  
um modis omnibus pertinere. *alleg. l. u. C. und. Vi. in fin.**

II. Obtenet hoc inter privatos, si secum de levi re lis sit. Personæ autem publicæ lege non agunt, ut in jure Prætoris arbitrio controversias suas terminandas subiciant. Vix alibi quam in Campo Martio eorum Comitia habentur, ubi causam obtinet, qui viribus est editior, & elogium hoc audit qui succumbit, Væ victis. *Liv. dec. i. lib. 5. p. 238. Baud. d. induc. bell. belgic. lib. 3. p. 390.* Quando enim Reges & Principes ejusdem Majestatis, conditio-  
nis & qualitatis a se ob injurias vel damnum illatum dissentiu-  
unt, & controversiæ istæ antequam in apertum bellum erumpunt, opera aliorum Principum. *Bodin. 5. d. Republ. cap. 6. pagin. 925.* componi & tolli non possunt, tunc competens forum adire ne-  
queunt, quod actiones ipsorum suscipiat, & per sententiam vel adjudicationem definiat. Cum enim ejusdem sint Majestatis (quæ non dijudicatur ex magnitudine Imperiorum, aut alio-  
quovis externo accidenti, sed summa potestate, tali scilicet, ut actus ipsius alterius juri non subsint, nec alterius Voluntatis humanæ arbitrio irriti fieri possint) unus alterius legibus se non aptat, cum par in parem non habeat imperium *l. 4. d. arbitr. & supra*

Supra jurisdictionem Jus dicenti impunè non pareatur l. 20. d.  
7. *Ediction.* Ne autem Reges & Principes deterioris conditionis  
essent quàm Privati, qui per sententiam judicis suum consequi  
possunt; Jus Gentium istum defectum supplevit, & exigente  
usu humanisq; necessitatibus §. 2. d. 7. N. G. & C. mediū quoddam  
invenit, quo Regum & Principum controversiæ deciderentur.  
Hoc jam est Bellum seu Arma & Gladius, quo nodus ille Gor-  
dius dissolvitur. Unde etiam eleganter *Grot. lib. 1. de jur. pac. &  
bell. cap. 1. num. 2.* bellum vocat Statum certantium per Vim. *Id.  
pleriq;* executionem justitiæ adversus potestates supremas, qua  
quis sibi jus dicit. *Cotler. tr. d. proc. executiv. cap. 6. Husan. d. prop. ho-  
min. cap. 1. n. 3.* intra modum naturâ tamen rei ereptæ, & injuriæ  
factæ. *Grot. lib. 3. cap. 1. & seqq.* Et hoc Reges & Principes ample-  
ctuntur in usitata formula, quâ scribunt se non recognoscere  
superiorem, nisi Deum & Gladium. *Sereniss. Rex & Princeps Gustav.  
Adolph. gl. mem. in lit. 13. sept. anno 1630. ad Electores Germ.* Ensem ac For-  
tunam. *Dionis. Halicarnas. lib. 3.* quo etiam illud Eumenis perti-  
net, qui quamdiu Gladium manu exertum teneret, se Superio-  
rem recognoscere negavit. *Arum. 1. vol. disc. 1. Jur. publ.* Meritò igitur  
ridetur vanitas Cancellarii Dorpatensis Georgii Holschdureur  
qui Ivvanum Wasilivitz magnum Moschoviæ Ducem pro-  
pter illatum Livoniæ bellum in Camera Imperiali convenire  
voluit. *Balthas. Russovv in chron. Livon. part. 2. fol. 37.* scire debuisset  
non per canones, *mais pour canons*, ut Henricus IV. Galliarum  
Rex dicere solitus *Jean d' Serres in Heint. 4.* Principum cōtroversias  
finiri. Melius sentiunt Romani Tiberium increpantes, quod in  
tanto rerum motu libellis accusatorum insumeret operam. An  
Julium Sacrovirum majestatis reum in Senatu fore? Exstitisse  
tandem viros, qui cruentas epistolas armis cohiberent. *Tacit. an-  
nal. lib. 3. p. 118.* Causa autem quare Jus Gentium medium hoc in-  
venerit, hæc est, quod valdè periculosum erat, inter duos Po-  
pulos superiorem non recognoscentes de Jure Belli pronun-  
tiare. Facile enim qui se negotiis alienis immiscere vellet, impru-  
dentia propria incautus infortunium quasi proprio jumento  
accerferet. Et quomodo ex infinitis bellorum momentis, ex  
quotidiana rerum etiam certarum agitatione quis arbitraretur,

quousq; sui ipsius defendendi, alterius depredandi licentia abire deberet. Maluit ergo commune Gentium Jus, usu probatum, conscientia bellatorum hoc relinquere, quam anxius cogitationibus sepositas à praelio & causa Gentes macerare. Maxime cum tale Consilium velut infirmum facile eludi, vel ut non accersitum tanquam temerarium rejici possit. Exemplum Samnites, qui eò velania olim processerunt, ut in causa Vejentum & Romanorum, Romanis nisi Pacem facerent, suum arbitrium se interposituros minitari ausi sint; sed hæc cerebri intemperies eos Romanis ludibrio & Prædæ exposuit. *Liv. dec. i.* Magna quippè est culpa, se impotentem immiscere rei ad se non pertinenti. *l. 36. d. Reg. Jur.* præsertim arbitrium Belli & Pacis inter duos Populos usurpare. *Bodin. 5. d. Rep. 6. p. 926.* ubi magna opus est circumspèctione, an earum Viriù quis sit, ut nolentem compellere possit, aliàs infirmitas culpæ adnumeratur, cum nemo adfectare debeat id, in quo scit, vel scire debet imbecillitatem suam periculosam esse. *l. 8. §. 1. ad L. Aquil.* Verecundi magis oris olim fuerunt Massilienses, qui neq; iudicii sui, neq; suarum virium esse dicebant discernere, utra pars justiore haberet causam. *Appian. d. bell. civil. lib. 3. p. 194.* Processus autem in hoc Foro Gentium est, ut post factam Clarigationem, unus alterius regiones, homines, subditos in Persona & Bonis offendat, donec de raptis rebus, & injuriis sibi illatis satisfactum, quod Pace cum hoste facta, vel totaliter eo attrito demum apparet.

III. Res igitur Hostium, ut Res Nullius, per Occupationem Jure optimo nostras facere possumus. *Bacchoy. ad §. 17. Inst. d. rer. divis.* Duo enim sunt possessionum modi, quibus homines rerum alienarum fiunt Domini: Unum Voluntarium, alterum Necessarium. *Dionis. Halicarnas. antiquit. rom. lib. 3. p. 242.* Priore modo Dominia inter Privatos ferè transferuntur omnia. Quid enim tam conveniens est naturali æquitati, quam Voluntatem Domini, Volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. *§. 41. d. R. Divis. l. 9. §. 1. d. A. R. D.* cum unusquisq; sit rei suæ moderator & arbiter, ac pleraq; ex sua voluntate & proprii animi motu faciat. *l. 21. C. mandat. l. 9. C. d. judæ.* nec in rerum suarum administratione & alienatione impediri debeat. *l. 2. si à par. qu. manu.*  
Poste

Posteriore modo Hostes devictos, simulq; cum Personis omnia eorum bona nostra facimus. *Halicarnass. cit. loc.* Interest enim Hostium vires frangi, ne in posterum nobis nocere possint, quod ut eo melius fiat, ratiocinatio Gentium communi quasi consensu decrevit, ut Præda & Cæde, Viribus, quas Viri, Opes & Anna sustentant, quavis ratione imminutis & enervatis hostilia eorum attentata avertere & ad Pacis vel desiderium vel necessariam susceptionem, rerum omnium dispendio compelli possent. *Thucyd. l. 5. Xenop. lib. 3. Casp. Sphæ. civit. c. 4.* Res enim eorum Jure Gentium fiunt Capientium §. 17. *Inst. de rer. divis. l. 5. §. 7. l. 7. l. 51. d. acquir. rer. domin. l. 1. §. id. acquir. poss. l. 28. d. captiv. & postlim. revers. vid. inf. discurs. 2. concl. ii.* & vocatur quod ita acquiritur, communiter Præda, germanicè Raub oder Beute.

IV. Præda a. (græcè λεία, vel λειλασσία, Lang. in florileg.) Varroni à pario quasi parida, quod sit manu parta derivatur. Alii à præ, quod est ante & do, à ὄρα δὲ δαμι deducunt, quod auferatur per vim, antequam detur à possidente *Gelli. lib. 13. noct. attic. c. 22.* Germanicè Raub ἀρπαγή, raptus, ab Hebraic. כָּנָף arabi. infidiatus est, sicut id me docuit *M. Andre. Helvig. Rect. Gymnas. Strals. in suis Etymolog. voc. Rauben.* Describi potest ex *l. 28. d. captiv. & postlim. revers. l. 20. §. 1. eod. l. 36. d. religios.* Res bello capta. Per Prædam igitur intelligitur omne id, quod in bello justo & solenni Hosti eripitur, sive Persona §. 17. *d. R. Divis. §. 2. 3. de. iur. pers.* sit, sive Res *l. 20. l. 28. d. captiv. eaq; sive sacra l. 39. d. relig. sive profana, l. 5. §. fin. d. A. R. D. sive mobilis d. §. 17. sive immobilis l. 2. si ager vectig. incorporalis arg. l. 1. §. d. R. Jur. Fab. in semestrib. lib. 2. cap. 3. Horom. ill. qu. cent. 3. qu. 6.* Est enim hæc certissima, justissimaq; ratio acquirendi, *Polyb. 5. hist. p. 371.* & sempiterna inter homines lex captâ: urbe hostium eorundem res atq; pecunias Victori cedere. *Cyr. ap. Xenoph. lib. 7. d. instit. Cyr. Omnia sequuntur armatos. Curt. lib. 5. p. 89.* Lex velut Consensus quidam communis est, quo bello capta capiendum fiunt. *Aristot. 1. Pol. 3. Plutarch. in vit. Alexand. Moribus Populorum ferè omnium receptum, ut ei cedat Præda qui eam cepit. Polyb. histor. lib. 10. p. 536.*

V. Ut autem Justitia Prædæ magis elucescat, communi nomine

mine sapè Jus Gentium nuncupatur, & passim apud laudatos  
auctores egregia accipit encomia. In sacris benedictio divina.  
*1. Sam. 30. v. 26. Donum Dei. Deut. 20. v. 13. 14. seq. Lucrum Belli. 1. Mac-*  
*cab. 11. v. 51. nominatur. Belli Jus, Belli Lex à Polyb. 5. histor. p. 326. Te-*  
*nemus oppida à majoribus relicta vel possessa belli Jure. Philip. in*  
*epistot. ad Atheniens. Si bello in nos suscepto armis eam cepisti, Ju-*  
*rè possides urbem belli lege Æschin. d. mal. obit. legat. Polliæ sen-*  
*tentia fuit, conjuges, liberosq; sub corona venire, belli lege Liv.*  
*dec. 1. lib. 8. p. 346. it. ap. Joseph. lib. 7. cap. 9. id lib. 7. cap. 10. Appian. de bell.*  
*Lybic. p. 753. id. d. bell. Civil. lib. 2. p. 273. Plutarch. in vit. Camill. Cic. in orat.*  
*côntr. Rull. Marcellus ait, Syracusanis se sua ademisse Belli Jure. Liv.*  
*dec. ad. 3. lib. 6. pag. 232. ib. p. 233. ut & alibi. Liv. dec. 1. lib. 7. p. 310. dec. 1. lib. 9.*  
*p. 394. dec. 3. lib. 1. p. 9. eod. pag. 26. dec. 3. lib. 3. p. 154. in fin. dec. 3. lib. 5. p. 263.*  
*in fin. dec. 3. lib. 6. p. 232. dec. 4. lib. 1. p. 19. dec. 4. lib. 2. p. 252. dec. 4. lib. 9. p. 271.*  
*dec. 4. lib. 9. pag. 288. dec. 4. lib. 2. p. 58. dec. 4. lib. 3. p. 75. dec. 4. lib. 4. pag. 116.*  
*dec. 4. lib. 7. p. 252. Joseph. d. bell. Judaic. lib. 3. cap. 25. Polyb. lib. 2. hist. p. 130.*  
*id. lib. 5. p. 326. ib. p. 327. id. lib. 9. p. 515. id. lib. 17. p. 703. Thucid. d. bell. pele-*  
*ponnes. lib. 3. p. 262. Dionis. Halicarnass. rom. antiquit. lib. 3. in init. p. 190. id.*  
*lib. 6. p. 510. id. lib. 8. p. 678. ib. p. 688. ib. p. 718. Appian. d. bell. civ. lib. 4. p. 395. ib. p.*  
*396. id. lib. 5. p. 531. Tacit. annal. 12. p. 252. Flor. lib. 3. cap. 5. Salust. d. bell. Jugurth.*  
*p. 45. Curt. lib. 4. p. 46. id. lib. 5. p. 112. Cæs. d. bell. gallic. lib. 1. id. d. bell. Afric. lib.*  
*5. p. 602. Gell. lib. 4. cap. 7. Justin. lib. 31. Frossard. lib. 2. pag. 181. Strad. d. bell.*  
*belgic. lib. 2. p. 38. Jus Gentium Masinist. ap. Liv. dec. 3. lib. 9. p. 353. Justin.*  
*lib. 38. p. 200. Præmium Victoriæ. Liv. dec. 1. lib. 9. p. 384. dec. 3. lib. 1. p. 26.*  
*ibid. p. 28. dec. 3. lib. 6. p. 214. ib. p. 233. ib. p. 249. dec. 3. lib. 8. p. 31. dec. 3. lib. 9.*  
*p. 347. ib. p. 362. dec. 3. lib. 10. p. 337. dec. 4. lib. 4. p. 94. dec. 4. lib. 2. pag. 43. Polyb.*  
*hist. lib. 3. p. 193. ib. p. 194. id. lib. 17. pag. 670. id. in excerpt. legat. 25. pag. 749.*  
*Curt. lib. 4. p. 80. eod. p. 84. id. lib. 5. pag. 112. id. lib. 6. p. 119. id. lib. 9. p. 219. id.*  
*lib. 10. p. 241. Justin. lib. 2. p. 26. ib. p. 28. id. lib. 15. p. 113. id. lib. 22. p. 144. ib. p. 145. id.*  
*lib. 31. p. 176. lib. 38. p. 201. lib. 43. p. 221. Flor. lib. 1. cap. 10. id. lib. 2. cap. 6. in fin. Ap-*  
*pian. d. bell. civil. lib. 2. p. 266. d. bell. civil. lib. 4. p. 391. ib. p. 503. ib. pag. 507. d. bell.*  
*civil. lib. 5. p. 521. ib. p. 524. ib. p. 530. id. d. bell. Lybic. p. 719. Arctin. d. bell. Gothic.*  
*lib. 2. p. 92. Præmium Belli Liv. dec. 1. lib. 2. p. 71. dec. 1. lib. 5. p. 217. dec. 3. lib. 6.*  
*p. 222. dec. 4. lib. 3. p. 75. dec. 4. lib. 6. p. 168. Polyb. lib. 3. p. 235. id. lib. 25. p. 647. Curt.*  
*lib. 4. p. 81. id. lib. 6. p. 119. Justin. lib. 2. p. 37. ib. p. 38. Flor. lib. 4. cap. 2. p. 140. Appian.*  
*d. bell. civil. lib. 4. p. 466. Cæs. d. bell. civil. lib. 2. p. 424. ib. p. 430. Sveton. cap. 10.*  
*d. Neron.*

*d. Neron. Petr. Bapt. Burg. d. bell. Svec. lib. 2. p. 194. ib. p. 232. Donum Fortu-*  
*næ. Curt. lib. 4. p. 74. Belli merces Liv. dec. 3. lib. 1. pag. 28. Curt. lib. 4. p. 58.*  
*Sanguinis merces. Lucan. Sanguinis pretium. Curt. lib. 6. p. 127. Su-*  
*doris pretium. Liv. dec. 1. lib. 7. p. 310. Periculi pretium. Liv. dec. 1. lib. 2.*  
*p. 72. Polyb. lib. 17. p. 695. Tacit. 3. histor. p. 536. id. 4. histor. p. 697. Flor. lib. 4. cap.*  
*5. Curt. lib. 3. p. 35. id. lib. 9. p. 214. eod. p. 224. Jus Victoriæ. Xenoph. d. instit. Cyr.*  
*lib. 7. Justin. lib. 43. p. 221. Flor. lib. 3. cap. 7. p. 103. Cic. 2. contr. Rull. Tacit. 5. hist. p.*  
*620. Augustin. d. civit. Dei. lib. 18. cap. 44. Victoriæ fructus Liv. dec. 3. lib. 6.*  
*p. 222. dec. 4. lib. 6. p. 168. Polyb. lib. 3. p. 235. in excerpt. legat. 9. p. 730. Curt. lib. 4.*  
*p. 36. lib. 6. p. 119. Strad. d. bell. belgic. lib. 6. p. 356. Laboris solatium Halicar-*  
*naß. lib. 7. p. 649. Justin. lib. 6. p. 59. Petr. Bapt. Burg. d. bell. Svecic. lib. 2. p. 195.*  
*Gloriæ præmium. Curt. lib. 6. p. 170. Virtutis præmium. Polyb. lib. 3. p.*  
*202. ib. p. 233. Fortunæ præmium. Liv. dec. 3. lib. 1. p. 28. Polyb. lib. 15. p. 635.*  
*eod. p. 636. Commodum & emolumentum militiæ. Liv. dec. 1. lib. 8.*  
*Polyb. lib. 9. p. 587. ib. p. 588. Dionis. Halicarnaß. lib. 7. p. 601. ibid. p. 629. id. lib. 2.*  
*p. 137. id. lib. 10. p. 90. Militiæ quæstus Justin. lib. 14. p. 109. Dionis. Halicarn.*  
*lib. 2. p. 137. id. lib. 3. p. 246. Dos militiæ August. d. civit. dei. lib. 17. Justiniæ*  
*divitiæ. Dionis. Halicarn. lib. 10. pag. 898. Hoc est illud Jus Gentium,*  
*quod naturali ratione introductum l. 3. d. just. & jur. necessitate ur-*  
*gente eousq; gentes extenderunt §. 2. d. J. N. G. & C. l. 5. d. just. ut hosti-*  
*quavis ratione nocere & sua auferre liceat. Et huc respicit J. Caus*  
*Cajus quando dicit: ea quæ ex Hostibus capiuntur Jure Genti-*  
*um statim capientium fiunt. l. 7. §. ult. d. acquir. rer. dom. ad stipulan-*  
*tib. Just. in §. 17. d. R. D. & Pontif. in cap. jus gent. dist. 1. Φυσικὴν κτήσιν*  
*seu naturalē acquisitionem appellat Theoph. in d. §. 17. d. acquir. rer.*  
*dom. Quomodo πλεμικὴν Aristotel. 1. d. Rep. cap. 8. affirmat Φυσικὴν*  
*κτήσιν, rem militarem secum ferre naturalem adquirendi*  
*modum, nimirum quod non causa aliqua sed ipsum nudum fa-*  
*ctum spectetur, & ex eo jus nascatur. Grot. lib. 3. d. J. Bel. & pac. c. 4. n.*  
*2. sicut ita ratione occupationis rebus, quæ in coelo, mari, &*  
*terrâ nullius sunt, sed naturali jure occupantis fiunt, compara-*  
*tur à J. Cto Nerva in l. 1. §. 1. d. acq. possess.*

VI. Non autem solum Jus Gentium, sed etiam ratione  
 damni dati & delicti compensationis Jure Naturale jus prædam  
 concedit, quatenus sc. intra æquum Pœnæ modum nocenti da-  
 mnium

num infertur, aut quatenus ablata rei correspondet. Et hoc obtinet cum nobis debitum sit, aliter consequi non possumus. *Hug. Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3. cap. 6. sect. 1. in pr.* Cum etiam Hostis intentio sit nostra nobis auferre & rapere, jam Vim Vi repellere licet, quod Jus Naturâ comparatum. *l. §. 27. Vi & vi arm. l. 3. d. just. & jur. l. 4. ad L. Aquil. Cic. lib. 1. Offic. id. in orat. pr. Milon. Jure Naturæ quippe hoc evenit, ut arma armis propullentur. Liv. dec. 5. lib. 2. p. 46. itemq; ut Vi & violentiæ occurramus. Salust. d. bell. Jugurth. Vim itaq; hostilem avertere, omnes leges, omniaq; Jura permittunt. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. c. jus natur. dist. 1. c. signif. x. d. Hom. Dd. ad L. 3. d. just. & jur. intolerandum enim & manifestissimè iniquè comparatum, non tantùm adversus scriptas leges, sed etiam adversus ipsam communem omnium naturæ legem, si mihi non liceat ulcisci eum, qui mihi hostilem in modum mea eripit ac vi aufert. Demosth. in orat. cont. Aristocrat.*

VII. Intra illos supra adductos naturales terminos divinis tabulis Prædam Deus approbavit, Sic enim in Lege de Civitate post Pacem repudiatam expugnata loquitur: Omnia ejus Spolia diripies tibi, & frueris Præda hostium, quam tibi Deus dedit. *Deut. 20. v. 14. 1. Paralip. 5. v. 20, 21, 22. 2. Paralip. 14. v. 13. Jos. 22. v. 8. Gen. 14. v. 10. Gen. 48. v. 22. Extant quoq; de præda dividendâ alibi leges. Num. 22. vers. 27. vid. infr. disc. 3. concl. 7.*

II X. Præcipuè vero de prædandi licentia inter eos obtinet, qui Hostes sibi invicem sunt. Olim in ista bellicosa & Martiali mundi ætate, cum jus in viribus omnes Gentes habebant, das Faustrecht noch im Schwange wahr. *Lans. d. princ. provinc. in orat. pr. Germ. Rittersh. in par. feud. c. 17. p. 257. & ut Brennus Gallorum Regulus ait, Jus in armis ferebatur & omnia Virorum fortium erant. Liv. dec. 1. lib. 5. pag. 380. omnes Peregrini Hostium loco se invicem habebant. Bodin. 1. d. Republ. cap. 6. undè etiam veteri Latio per Hostem omnis Externus vel omnis adversarius cum quibus nobis lis est significatur. Cic. Offic. lib. 2. Bodin. lib. 3. cap. 6. Quod approbat L. XII. Tab. art. 12. ib. si status dies cum Hoste, id est cum Peregrino. Oldendorp. ib. in not. seu adversario Godd. ad L. 1. d. V. Sig. Hinc etiam olim latrocinari & Prædas agere in Peregrinos nullo Bello indicto pro licito habebatur. Alex. ab. Alex. lib. 4. p. 187. Regula*

gula enim illa juris naturalis, cognationem quandam esse inter homines, ac proinde nefas esse alterum ab altero lædi. *l. 3. d. just. & jur.* ut olim ante diluuium, ita rursus aliquo post diluuium tempore malis moribus fuit oblitterata. Hinc illa *ap. Homer. ll. 3.* an prædones estis? amica interrogatio. Imò latrocinari & diripere Civitates nullis muris munitas, ignominia nunquam *Thucyd. d. bell. pelepon. lib. 1. p. 5. Cæs. lib. 6. d. bell. gall. p. 206.* potius gloria fuit. *id. ibid. Justin. lib. 43. p. 222.* Juventutis quippè exercendæ ac desidia minuendæ gratia, latrocina fieri profitebantur, & idcirco à communi hominum existimatione eam honestatis sumpserant speciem, ut ii, qui Ducem sequi detrectarent, in Desertorum ac Proditorum (patria lingua *Berráther vund Schelmen*) numero ducerentur; omniumq; rerum iis postea fides abrogaretur. *Cæs. all. loc. Phil. Cluv. Germ. antiq. lib. 1. c. 19. & 46.* Hinc Civitatibus maxima laus erat quàm latissimis circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium Virtutis existimabant, expulsos agris finitimos cedere, neq; quenquam prope se aude-re consistere. *Cæs. alleg. loc. p. 207. Sic Catti. Tacit. 12. annal. p. 250. Garamantæ id. 4. ann. p. 150. 4. Histor. p. 589. Venedi Germanorum Populi. id. d. morib. German. p. 635. Germani Cæs. lib. 6. Moravi. Æneas Sylv. epist. 155. & 162. Thuringi. Lehm. Chron Spír. lib. 5. cap. 104. Livoni. Balth. Rus. in Chron. Livon. lib. 1. p. 3. Rugii. Helm. Chr. Slav. c. 2. l. 1. Saxones Adam. Brem. in hist. Eccl. c. 3. Franci. Ub. Emm. 1. ter. Fris. Lusitani. l. 21. d. neg. gest. Cilices, eorumq; præcipui Isauri l. 10. C. d. feris. Flor. l. 3. cap. 6. fœcundæ latrocinis gentes. Nasamones navigiorum spoliis quæstuosa gens. Curt. lib. 4. p. 63. quiq; beatius hoc arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus, suas alienasq; fortunas spe metuq; versari. Tacit. d. morib. germ. cit. loc. Similiter Ætoli vivunt ex rapto. Polyb. 4. p. 250. Sic Tacfarinas vagos & latrocinis fuetos ad raptus & prædam congregat. Tacit. 2. annal. p. 76. Scerdelaidas omnes Mercatores loco hostium duxit. Polyb. 5. p. 396. Tevta utilitatem maris appellat. Polyb. lib. 2. p. 88. & huc pertinet illud in Jure Romano, si cum Gente aliquâ neq; Hospitium, neq; amicitia, neq; fœdus amicitia causa factum fuerit, hi Hostes quidem non sunt; quidquid autem ex Romano ad eos perveniat, illud illorû fiat, & liber homo Romanus ab eis captus servus*



servus fiat, idemq; est si quis inde ad Romanos pervenerit. *l. 5. §. 2. d. captiv. & postlim.* Quo etiam referuntur ab Historicis Migrationes Populorum, quando, multitudini terra non pari Colonias & examina emittebant. Receptum enim pacto tacito inter gentes, ut advenis terrarum pars concedatur, si abnuatur; Jus esse Arma expedire. *Liv. dec. 1. lib. 5. pag. 380.* Clamabant olim Antibarrii sicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium datas, quæque sunt vacuæ eas publicas esse. Solem quin etiam & sidera respicientes q; coram interrogabant vellentne contueri inane solum, potius mare superfunderent adversus terrarum ereptores. *Tacit. ann. 13. De Gallis. Vid. Liv. dec. 1. lib. 5. pag. 377.* remissive videatur Dionis. *Halicarnass. antiquit. roman. lib. 1. & 2. Machiavell. in hist. sua Florent. lib. 1. VVolf. eleg. tr. d. Migr. gent. Besold. c. 4. d. Civib. Cæs. d. bell. gallic. lib. 7.*

IX. Verum crescente unâ cum Imperiis humanitate Populorum, edocentq; paulatim Naturâ Populos liberos & vicinos, ingenuè hospitaliterq; esse habendos, & meritis potius ac officio ad mutua commercia & negotiationes provocandos, quam minis arcendos. *Exod. 22. v. 21. ib. 23. v. 9.* hoc emendatum & ad humanitatis rationem revocatum est. *Bodin. 1. d. Republ. cap. 6.* ita ut hodiè Peregrini æquâ cum Civibus Romanis securitate gaudeant. Hinc Jure Naturæ & Gentium, quod cum Civibus Romanis par habent *l. 9. d. just. & jur.* communionem habent (1) Commeatus, & Commerciorum. Viarum enim itinera, & navigationes fluminum publicorum, Mariumque juris gentium sunt. *§. 1. §. 2. d. R. D. Bechr. d. securit. cap. 4. concl. 80. H. Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 2. cap. 3. sect. 7. seq.* Juris Gentium Regula certissima, licere cuivis genti, quam vis alteram adire eumq; ea negotiari. Ille enim quem Deus terris circumfudit Oceanus, undiq; & undiq; versus navigabilis, & ventorum statî & extraordinarii flatus, non ab eadem semper, & à nulla non aliquando regione spirantis, nonne significant satis concessum à Natura cunctis Gentibus ad cunctas aditum. *H. Grot. d. Mar. lib. 1. c. 13.* Ita tutum liberumq; Viarum, littorum, riparum ulum asserunt. *l. 24. pr. d. damn. inf. l. 2. §. 21. nequid. in loc. publ. §. 5. d. rer. divis. Peregrin. lib. 1. d. Jur. Eisc. tit. 1. n. 22. Gaili. d. P. P. cap. 1. n. 13. Sixtin. d. reg. d. edit. 1. cap. 4. num. 23.* publicè quipè

pè utile est sine metu & periculo per itinera commeari: sem  
 perq; debent ea loca, per quæ vulgò iter fit, eandem securita-  
 tem habere. *l. 5. §. 2. d. h. qu. dei. velesud. v. Vesemb. in paratit. ad eum  
 tit.* Hinc recessibus Imperii constitutum, ut Magistratus locorū  
 omnia sub se itinera, suo sumptu tuta atq; secuta præstent, vim,  
 prædas, injurias prohibeant, grassatores per subditos & Irenar-  
 chas ubiq; locorum persequantur, mutua vicini auxilia huic fi-  
 ni conferant: *t. t. c. d. Irenar.* Circulis etiam in Germaniâ injun-  
 ctum, ut quoties erit usus explorandis pacandisq; viis custodes  
 suos & latrunculatores paratos habeant. *R. A. d. Anno 1548. §. Fer-  
 ner S. Landfrieden eod. R. A. d. Anno 1555. §. Nach dem aber R. A. d. Anno  
 1566. vers. Nach dem aber Sic olim Anno 1617. commune diploma  
 sub nomine Electorum & Ducum Brandenburg. Pomeraniæ &  
 Megapoleos in hunc finem publicatum, quo certis statoribus  
 Einspenniger tutela viæ publicæ committitur. typ. excus. ill. diplom.  
 Gripph. v. Anno 1617. sic & in privilegiis Patriis religiose sanctum  
 den Handhierenden Rauffman / wollen wir schützen / beschirmen / vnd  
 bey Rechten lassen. Landtrags Abschied zu Wollin. Anno 1606. (2) Ho-  
 spitii. Auth. omnes peregrini. C. Comm. d. succes. Quanquam autem  
 hoc hospitii Jus ad eos solum peregrinos qui ex Populo erant a-  
 mico sive socio aut federato. *Becht. in tr. suo d. secur. & saly. cond.  
 cõcl. 80. restringat.* Evidentia tamen *d. Auth. ei* reclamation. Non enim  
 convenit particulæ Universalis *Omnes in d. Auth.* quæ nullos ex-  
 cludit, cui si rationem politicam & libertatem Commerciorum  
 quæ Juris Gentium est. *l. 15. d. interd. & relig. Rosenth. in synopt. feud.  
 cap. 5. concl. 21. lit. c.* & cujus omnes capaces. *§. 1. 2. d. jur. nat. gent. civil.  
 addideris, nemo amplius ambigit.* Quæ ex *l. 5. §. 2. d. capt. & post.*  
 afferri possent, sapiunt aliquid inhumanitatis veteris, quæ subse-  
 qui temporis decursu emollita est. Germani præ cæteris laudan-  
 tur, quod Hospites violare fas non putant, qui quaq; de cau-  
 sa ad eos venerunt, ab injuria præhibent, sanctosq; habent. *Cæs.  
 d. bell. gall. lib. 6. p. 206.* Quemcunq; mortalium arcere testæ, nefas  
 habetur, pari humanitate omnes accipiuntur. Notum ignotum-  
 que, quantum ad jus hospitii nemo discernit. *Tacit. d. morib. Germ.  
 7. 641.* Svecis omni probro gravius hospitium negare transeun-  
 tibus, ita ut certamen habeant inter se, quis dignus sit hospitem*

recipere. *Adam. Brem. in histor. Eccl. c. 7. Munster. in Cosmograph. (3) Bonorum.* Unde sequitur naufragio facto Peregrinorum bona secura manerè. *Auth. navigia. C. d. furt. l. 44. vers. idem ait. d. A. rer. dom. l. i. in f. ad L. Jul. d. Vi. pri. passim. sub. tit. d. incend. ruin. naufr. Peintl. Halsbger. Ordn. Keyser. Carl. artic. pen. Arnis. lib. 3. d. iur. majest. Statuta igitur Provincialia aut leges civiles, quæ bona naufragorum fisco, aut etiam privato loci domino addicunt, injustæ & barbaræ. Nulla enim causa precedente probabili, dominium alicui suum auferre mera injuria est. Bene ap. *Euripid. Helena:**

*Ναυαγίς ἢ καὶ ζέον, ἀσιλῆτον γυῖον*

Sum naufragus, spoliare quod genus est nefas.

Quod enim Jus habet Fiscus, in aliena calamitate, ut in re tam luctuosa compendium sectetur. *Constant. in l. i. C. d. naufr. lib. 12. Dion. Prusænsis orat. 7. de naufrag. inquit, μὴ γὰρ εἴη ποτὶ ᾧ ζέον, λαβῆν μηδὲ κερ δάναυ κέρδος ποῖσ τον δότο ἀνθρώπων δυστυχίας.* Absit, ô Juppiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infortunio. *Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 2. c. 7. sect. 1. Gail. 1. Obs. 18. qui allegat. sentent. in causa Bürgerm. vnd Raht der Stadt Hamburg wider die Herzogen zu Holstein. n. 6. vid. Becht. d. secur. concl. 82. Quod etiã in supr. alleg. absch. amplectuntur cõstitutiones patriæ quibus religiose sancitum. S. Den Handthierenden / ib. Solte der Kauffman einigen Schaden nehmen / in alle vnsern Strömen vnd Stranden / vnd künfte oder möchte sein Gut mit den seinen selbst bergen / das sol ihn frey seyn / Schiff vnd Gut behalten vnd davon niches geben. S. seq. Wurden ungleichen & Wo auch ubi constitutum wie es mit dem Bargegelde solle gehalten werden / quo me brevitatis ergò remitto.*

X. Peregrini igitur non amplius sed isti nobis hostes sunt, quibus nos publicè bellum decernimus: cæteri latrones & prædones. *Lus. d. V. signif. Hostes sunt quibus bellum publice Popul: Roman: decrevit, vel ipsi Populo Romano, cæteri latrunculi & prædones appellantur. l. 24. d. capt. & posth. revers. P. D. D. art. 129. Nicol. Vigel. in Const. Carol. publ. judic. cap. 6. sect. 2. S. tertia species. Gail. 1. d. P. P. 4. n. 41. Mynsing. dec. 11. resp. 1. n. 26. Castald. d. Imperat. qu. 108. Godd. ad l. 118. d. V. S. Qui igitur eo modo Clarigatione facta Hostis declaratus eum in bello justo lædere ac depreddari, tam in*  
Perfo-

Personâ c. ult. 14. quest. 4. e. si non licet 9. vers. d. id. e. si homicid. 41. vers.  
nam & miles hostem. 23. quest. 3. §. 3. d. jur. person. §. 17. l. d. rer. divis. l. 4. §. 2. d.  
stat. hom. l. 1. l. 12. §. 1. d. captiv. & possim. l. 239. §. 1. d. V. S. quam Rebus d.  
§. 17. l. d. rer. divis. l. 5. in fin. & l. 21. §. 1. d. A. R. D. l. 2. C. d. Commerc. auth. na-  
vigi. ibid. nobis sive Christiano nomini inimicâ C. d. furt. c. ult. 14. q. 4. impu-  
nè licet: tunc enim ut *Virgilius canit* certare odiis tùm res rapuisse  
licebit, nam eo ipso quod Hostes se nobis profitentur & bellum  
inferunt, vitam & bona sua maximo discrimini submittunt, &  
pro derelicto quasi habent. *Rittersh. in Comment. Instit. ad §. 17. d. rer.*  
*divis. præsertim cum pecunia & bona sint nervus bellorum,*  
*quæ non in armis solum consistunt, sed in expensis & sumpti-*  
*bus, per quos arma utilia fiunt. Thucid. 2. histor. Machiavell. in discurs.*  
*sup. Liv. lib. 3. ideoq; iis indigere Hostes convenit. arg. l. 2. C. quæ res*  
*export. non poss. ut ad eod mirum non sit, si Jus Genium rapi ac cor-*  
*rumpi tales res permiserit. Hinc Polyb. lib. 15. histor. Jure Belli com-*  
*prehendi ait, ut munitiones hostium, potus, Urbes, Viri, Naves,*  
*fructus, & si quæ sunt similia, aut eripiantur aut corrumpantur.*  
*Sunt enim quædam Belli Jura, quæ ut facere ita pati fas est,*  
*fata exuri, dirui tecta, prædas pecorum hominumq; agi. Liv. dec.*  
*4. lib. 1. pag. 19. vid. remissive Becht. d. securit. & ab eo allegat. Dd. concl. 89.*

XI. Idem dicendum de Subditis Hostis. Mero quidem  
Naturæ Jure ex pacto alieno nemo tenetur, nisi qui bonorum  
Successor est: ut enim cum bonis onera transfirent, simul cum  
dominiis rerum introductum est. §. 1. l. d. perp. & temp. act. & ib. Dd.  
commun. Hinc Imperatur Zeno æquitati naturali contrarium  
dicit, ut pro alienis debitis, alii molestantur. l. un. C. ut null. ex vicin.  
irrationabile enim alium esse debitorem, alium exigi. Nov. 52. cap.  
1. & alterius possessionem pro alienis debitis publicis vel priva-  
tis conveniri. l. 4. C. d. executor. præsertim quoniam versamur in ma-  
teria pænali & odiosa quæ non extendenda. l. 19. d. lib. & poss. c. 6. n.  
d. pæn. quod igitur in Hostem quatenus ille meretur, licet, in In-  
fentes crimen erit. Peccata n. suos teneant authores, nec ulterius  
progrediatur metus, quam reperitur delictum l. 22. C. d. pæn. Noxa  
caput sequatur. §. 5. l. d. noxal. acti. & pæna ibi sit, ubi noxia est. l. 1. §.  
fin. d. priv. delict. Verum cum Jure Gentium introductum sit, ut,  
pro eo quod Civilis aliqua Societas præstare debet, teneantur

& obligati sunt omnes Iſti, & ſimul eorum omnia bona corporalia & incorporalia, qui tali Societati ſubſunt, jam obtinet, quod communiter dici ſolet: Quidquid delirant Reges plectuntur Achivi. Factum ſiquidem præpoſitorû habetur pro facto ſingulorum *cap. qu. per aliu. x. d. R. in 6. electione n. ſemel populus in eum conſenſit. l. 1. §. 9. d. ex act. & tacitâ communis obligatione ad facta Magiſtratum ſe obligavit. l. 14. d. pact. Cubac. cent. 3. dec. 2. quaſt. 1. Seidenmelt. d. Repreß. th. 1. d. magna alioquin faciendis injuriis daretur licentia, cum bona Imperatorum ſæpè non tam facile poſſint in manus venire, quam privatorum qui plures ſunt. Nec ab hac patientiâ omnino abhorrent II. A Proconſule vindicta exigitur ſi uxor deliquit. l. 4. §. 2. d. off. procons. Mariti bona pro ratiociniis tutelæ quam mulier ante conjugium geſſit ſunt nexa. l. 6. C. in quib. cauſ. tac. pag. & rurfus uxoris res pro marito ex cauſa primipilaris adminiſtrationis ſunt obligatæ. l. 4. C. eod. Ita in primipilaris adminiſtratione patris, filius obſtringitur. l. ult. C. d. primip. Guil. 2. obſerv. 90. n. 1. Ut autem hoc ſubditis innotefceret, bella; denuntiatio tanquam ſeverum monitum hac ferè formula præcedebat. Populis priſcorum Latinorum, hominibusq; priſcis Latinis bellum indico, facio. *Liv. dec. 1. lib. 1. pag. 33.* Populus ille injuſtus eſt, neq; Jus perſolvit. *ib. p. 34.* Vellent, juberentne Philippo Regi, Macedonibusq; qui ſub regno ipſius ſunt, bellum indici. *Liv. dec. 3. lib. 1. p. 4.* Populus Roman. cum Populo Hermundulo, hominibusq; Hermundulis bellum juſſit. *Liv. dec. 3. lib. 8.* Sic Acarnanes & homines ditionis eorum bellum Ætolis dicunt. *Polib. lib. 4. pag. 269.* Quatenus autem Cives & Subditi teneantur pro Civitate, vide *anteur remiſſivè Guil. d. arreſt. imper. cap. 9. Peck. d. jur. ſiſtend. cap. 4. num. 17. Myus. 4. Obſerv. 77. obſ. 78. Baro. à Taurer. in viridar. concl. 50. Coler. de proceſſ. excut. par. 2. cap. 3. Guil. d. Pac. publ. cap. 9. n. 4. Goedd. ad L. 17. n. 20. d. Verb. ſignif. Schonb. 1. Pol. 13. Becht. d. ſecur. & ſaly. cond. H. Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3. cap. 2.* Hodie hæc res minus dubitationis habet, cum in omnibus fere regnis poteſtas Imperantium, legibus regni ita ſit acciſa, ut in ſciis & in conſilium non adhibitis, Statibus, Imperantes bella movere non poſſent, quæ ſi ſemel aſſenſu ſuo probârunt, meritò etiam ejus in commoda ferunt. In Imperio Romano quid juris ex Receſſib. &*

Capitu-

Capitulationib. Imp. constat. In Pomerania tm Landtags Absch. zu  
Wollin anno 1569. cautum: Wir Fürsten/ unsere Erben/ vnd nach-  
kommende Herrschafft/ wollen vns in keine Kriege/ noch newe Ver-  
bündnissen/ mit jemande/ eine ohne des andern wissen vnd willen/ vnd  
ohne gemeinen Raht der Landstende einlassen.

XII. Peregrinos in pacata regione amplius pro Hostibus  
non haberi, sed publica securitate gaudere *supr. ehes. precedent.*  
*ostensum.* Secus hoc est si intra fines hostiles inveniuntur, licet e-  
nim actu ipso arma non gerant, nec bellum gerentis subditi  
sint, à deprædatione tamen vix immunes sunt. Agrè quippe  
continentur manus inter arma dum Victoria Vindictam pariter  
& prædas ostentat. *Strad. in hist. sua belgic lib. 8. p. 577.* Sic enim ap.  
*Liv. dec. 3. lib. 7. habemus.* Hostis sit ille, quiq; intra præsidia ejus tunc.  
Damnum enim ab illis metui potest; talis autem metus in bello  
universali, ut Jus hoc locum habeat, sufficit. Quod ipsum in  
Peregrinis, qui commisso cognitoq; bello, intra fines hostiles  
veniunt, dubitationem non habet, suæ enim adscribant teme-  
ritati, quod se præsentaneo, objecerint periculo. In Pace au-  
tem, qui eò pervenerunt, si tunc bellum subito exarsit, illud  
suo Fato adscribant, *ut loquitur Jct. l. 12. pr. d. captivo. & postl. revers.*  
qui tamen ita demum pro Hostibus habentur, si post modicū  
tempus, intra quod commode discedere potuissent, spontè sua  
remanferunt. Sic Epidamnum obsessuri Corcyrei, denuntia-  
runt, ut peregrini qui vellent, impunè abirent, alioqui illos à  
se, ut Hostes tractatum iri. *Thucid. histor. 1. pag. 21.* Sic Romani an-  
tequam clauderent Capuam, potestatem Peregrinis fecere, ut  
Capuā exirent, suasq; res secum auferrent, ante Idus Martias,  
post eam diem quiq; exissent, quiq; mansissent, hostiam futu-  
ros numero. *Liv. dec. 3. lib. 5. pag. 187.* In Cremona direpta nemini  
sive incolæ sive Peregrino venia data, omnibus deprædationi  
obnoxius. *Tacit. 3. hist. p. 524.* Haremo in Hollandia spoliato, omnes  
advenarum merces prædæ datæ. *Famian. Strad. in hist. belg. lib. 8. p. 524.*

XIII. Neq; ab hac licentia immunes Socii Hostium, qui  
Hostes reb. ad bellū necessariis juvisse dicuntur, subsidio enim,  
quod hosti in alteri⁹ mittitur perniciem, quis sibi hostem com-  
parat. Idcirco in rogatione ad Populum hæc olim observata for-  
mula;

mula: Vellent, juberentque, eum Antiocho Rege, quiq; sectam ejus secuti sunt, bellum iniri. *Liv. dec. 4. lib. 5. pag. 151.* Qui Hostes juvat Commeatu, vel aliis rebus Hostis loco est. *Cæs. d. bell. Gall. lib. 1. p. 20.* Amalifuntha dicit, in hostium est partibus, qui ad bellum necessaria hosti administrat. *H. Grot. lib. 3. cap. 1. sect. 5.* Sic Piceni. *Flor. lib. 1. cap. 19.* Histri, qui bellantes Etolos nuper adjuverant. *Flor. lib. 2. cap. 10.* Illyrii *Flor. lib. 2. cap. 13.* Creti, qui Mithridati favisse dicuntur. *id. lib. 3. cap. 7.* armis vindicati, bonisq; exuti fuere.

XIV. Haud quaquam extenditur ad eos, qui antea Hostis castra secuti, jam autem ut privati pacificè vivunt. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 7.* uti etiam hoc articulis inter Dn. Dn. Campimarschalum Johan Bannier & Alexandrum Leslie ab hac, & Melehuor Hatzfeld ac Johan Bögen ab altera parte, anno 1637. <sup>18.</sup>/<sub>23.</sub> Lichtenbergi conclusis, quomodo Captivi utriusq; adhuc militantis tractari debeant, comprehensum. *art. 3. ib.* Da auch jemand auf dem Lande oder Städten/sich häußlich niedergesetzt/welcher der einen Partey vor diesem gedienet/vnd seinen Abschied genommen hette/sol derselbe solcher seiner Dienste wegen nicht besprochen/molestiret, oder rantzioniret werden/da auch einer oder der ander deswegen angehalten sol derselbe von beyden theilen/ohne entgeld losgelassen werden. Si enim appareat ipsos serio bello abstinere, omne etiam odium hoc ipso remissum censi debet, ne iræ fiant immortales, & avaris hominibus prætextus impunè rapiendi detur. Necesse tamen est, ut quietè vivant, nec clam vel palàm contra Securitatem & Statum belli gerentis aliquid moliantur: Hoc enim casu, si prægnantibus inductus præsumptionibus bellum gerens, sibi de damno infecto timeat, ratione belli ita postulante, Captura & detentione Securitati suæ prospicere potest. Melius est enim in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere *l. s. C. in quib. caus. rest. nec non est l. i. C. qu. lic. unic. sin. jud. jus dic.* & in bello prævenire, quam præveniri tutius est. *Baud. d. ind. bell. belg. lib. 3.* præsertim cum tales Sinones apertis hostibus longè magis sint formidolosi, Viro forti enim non est defugiendum certamen, adversus armatum qui animum nocendi præse fert, at istud malum non provisum citius opprimit, quam animus

nimus sese componere possit ad resistendum, cum vix ulla cautione procurari & averruncari hæc pestis possit. *Baud. d. ind. bell. belg. lib. 2. pag. 267.* aperta odia armaq; palàm depelluntur, fraus & Dolus obscura, eoq; inevitabilia. *Tacit. histor. 4. p. 572.* nec deducta pericula vitare aut facere in promptu est. *Salust. d. bell. Jugurth.* Magna tamen nihilominus circumspèctione opus est, & res ita attemperanda, ne nobis objici possit, quod de Romanis *Sext. Ruf. in brev. pag. 675. dicit*: paupertatem Populi Romani sollicitasse, ut Cypri Regis famosi divitiis bona confiscarentur, & rex captivus detineretur; ita etiam avariùs quàm justius bona ipsius adsecutos esse testatur. *Flor. in epit. lib. 3. cap. 9.* Facile enim incurrere possunt in malam omnium opinionem belligerantes, quasi divitiarum causa eos spoliassent. *Halicarnass. lib. 5. p. 388.*

XV. Simile iudicium quidam ingenio suspecto ferunt de iis, qui locupletissimi quidem, sed bonis suis rectè uti nesciunt, quos pecudes aureas Claudius Cæsar appellare solitus. *Tacit. 13. annal. & ib. in. not. Lips. Mit derem Gute dem gemeinen Besten könne aufgeholfen werden/ at magis quæstuosè quam verè & oportunè.* Nam ne summa potestas, etiam si egeat, introducto semel dominio aliquem spoliare potest. *l. u. d. R. Jur.* Ilte prætextus enim satis manifestæ est iniquitatis *H. Grot. in mar. libert. cap. 2.* Jam olim Plutarchus dixit; Improbam alieni cupiditatem hoc sibi velum obtendere: nullum enim meritum, ob quod talis puniri necessario debeat, prætendi potest, nec Compensatio sufficit. Quo jure enim unus ferat, quod est omnium onus. Singularia sine causa non inducenda *l. 8. d. u.* Inconvenienter etiam rationem Status prætendunt: ea enim ita est conformanda, ne manifestò violetur honestas, æquitas & suum tribuendi Jus. *Sutholt. discurs. u. sup. Justit. aphorism. 45.* Maxima etenim iniquitas, cum jactura unius Civis omnium s. Publicæ utilitati consulere, quæ cum sit universorum, etiã damnum esse debet. *l. 10. d. R. 7.* ne unus alterius causa prægravetur. *c. non debet d. R. 7. in 6.* Malè igitur cum Vespasianum pecuniarum conquisitio fatigaret, locupletissimi quiq; in Prædam correpti, quæ gravia atq; intoleranda; sed necessitate armorum excusata, etiam in Pace mansère. *Tacit. 2. hist. pag. 492.* Malè Brutus cum stultitiam simularet, ut mortem effu-

D

geret,



geret, ut amens & bonis suis indignus à Tarquinio bonis omnibus exutus. *Dion. Halicar. rom. antiquit. lib. 4. p. 364.* unusquisq; enim rerum suarum Dominus *l. 21. C. mandat.* quæ ipsi auferri non debent, *S. fm. d. his qui sui jur.* nisi in justam pœnam. Multas habentibus fortunas parum tutû alias esset vivere. *Halicar. in pr. lib. 4. p. 254*

XVI. Promiscuam prædam in paganos & infideles, quidam non levis autoritatis Dd. ideò quod diversum credant, moluntur. Judæis quidem in V. T. olim præceptum, ne Infideles secû habitare paterentur, *Exod. 23. & Deut. 7.* speciali ratione, ne ab eis seducerentur. Jus autem Romanum *in l. 6. C. d. p.* sanxit, quod Paganis, quietè degentibus, nihilq; tentantibus turbulentum, legibusq; contrarium, nemo audeat manus inferre, religionis auctoritate abuso. Nam si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non ea sola quæ abstulerint, sed convicti, in duplum quæ rapuerint restituere compelluntur. Infideles igitur ob id solum quod infideles sunt bonis exui non posses, rectè concludit *Marr. Laud. d. princip. quest. 101.* Fides enim non tollit Jus naturale aut Humanum, ex quo dominia profecta sunt, & res ab illis possessas, ipsis ob hoc eripere furtum est & rapina, non minus quam si idem fiat Christianis. *Grot. d. mare lib. cap. 2. circ. fm. Host. & Panorm. in c. quod super. n. 4. d. voto Tilem. part. 1. disp. 1. concl. 16. Domin. à Soro. 4. dist. 5. n. 10. Ferret. d. just. & inj. bell. n. 68. & seq. Covarr. in c. peccat. pag. 2. §. 10. num. 2. Becht. d. secur. concl. 90. & 91.* Prætextus hic est eorum, quæ summa laus est possidere de rapto; peculium fecisse de malo, Virtus: *Joseph. Scalig. Lans. d. princip. provinc. in or. ar. contr. Hispan.* Quoniam autem Mahumetistæ & Sarraceni, uti quotidiana testatur experientia, omnes Christianos tam in Personâ, quàm bonis impunè offendunt & deprædantur. *Rebuff. in l. 118. d. V. S.* Jure talionis itidem Christiani rectè faciunt. Est enim hostis Christiani nominis perpetuus Turca, *N. A. d. An. 1555. ib. der Erbsind Christliches Namens.* Quod si exortum inter eos bellum? quis neget manibus prædam? cum jure liceat.

XVII. De Ecclesiasticis Personis aliquantò plus habet dubitationis. Nam ut hi ab armis abstinerent, mos ab antiquo fuit gentium omnium, atque ideò vicissim vi in illos temperabatur.

*Grot.*

*Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3. sect. 10.* Fundamentum autem hujus privilegii principale in lege divinâ locatum est: quia cum præpotentis Dei ad homines Legati sint. *2. Corinth. 5. cap. 2. dist. 94.* quos idem O. M. tangere severissimè vetat. *Psalm. 104.* & quæ ipsis fiunt, sibi fieri passim in suo verbo declaravit, meritò sancti & inviolabiles sunt *l. fin. d. legation. (2.)* Eadem Sacerdotum inviolabilitas, si non honori Personarum, certè Majestati Dei, cujus sacris vacare sacerdotes oportet. *l. 32 §. 4. d. arbitr. debita, & reverentiæ religio in exhibendo custodienda l. 13. d. procur. l. 36. pr. d. fidei c. libert. l. pen. inf. pr. d. vacat. & exc. mun. l. 33. C. d. Episc. & Cleric. apud omnes peræq; gentes naturalis instinctu rationis. arg. l. 1. §. fin. junct. l. 2. d. just. & jur. constituta videtur.* Quis enim est homo tantæ violentiæ, ut sacerdotem violare audeat. *Plaut. in Trinum.* Philistai hostes Judæorum non nocebant collegio Prophetarum, quod erat Gabæ. *1. Sam. 10. 5. & 10.* Et sic ad alium locum, ubi simile erat collegium tanquam sepositum ab omni armorum injuria, cum Samuele confugit David. *1. Sam. 16. v. 18.* Cretenses cum bellis intestinis colliderentur, omnem noxam abstinerunt à Sacerdotibus. *Plutarch. in quest.* Olim cum tota Græcia armis ferveret, E-læi, utpote Jovi sacri, & eorum hospites in alta pace vixerunt. *Strab. lib. 8.* Romanis in arce Capitolina à Gallis obsessis, Q. Fabius sacra solennia in colle Quirinali stato die obire tentavit. Cultu igitur, habituq; sacro digressus per medias hostium stationes, itum tutum & reditum habuit; religione scil. moti hostes, ne pietati intercederent, quam nec præfens periculum, nec mors in oculis impedissent. *Lips. in monit. & exempl. politic. lib. 1. cap. 2. mon. 1. 2. seq.* Imò specialibus legibus aliquando securitas ipsis constituta. *Pet. Bell. de re milit. p. 2. T. 9. n. 4.* Sic Imperat. Frideri. 3. placuit, Daß in offenen Wälden alle Geistliche Leute sicher seyn/ vud nicht beschädiget werden sollen. *Reform. zu Franckf. tit. Wer in offenen Wälden/ & in novis Constit. Imp. tam equitibus quàm peditibus injungitur, Priester vnd Prediger/ die auff keiner Wehr befunden werden/ nicht zu beleidigen/ bey Straff Leibs vnd Lebens. Reuter bestall. art. 70. p. 679. Sus. bestall. art. 54. p. 679.* Sacerdotibus meritò hac in parte æquiparantur, qui genus Vitæ simile elegerunt. *cap. 2. d. treug. & pac. lt. constitutum, artic. antea allegatis art. 1. ib.* Alle die jenige Priester vnd Kir-

ehndiener es senn Evangelische oder Catholische / so auff dem Lande / oder in Städten wohnen / sollen vngesangen / vngespannen / vnd vnturbiret gehen / stehen vnd reisen. Quales sunt qui studiis literarum honestis & humano generi utilibus operam navant.

XVIII. Hæc tamen omnia procedunt, dum modò Ecclesiastici rebus divinis, uti par est, vacent, nec se consiliis bellicis implicent. Vacantes enim à divinis officiis Ecclesiasticorum privilegiis non gaudent. *l. 42. § pen. l. 52. § 1. C. d. Episc. & Cleric. text. eleg. in c. ult. d. reser. in 6.* & hæc ita intelliguntur, si servant ea quæ suæ sunt professionis *c. Abbate 25. d. V. S.* Cessant ergo ista privilegia (1.) Si Clericatum deferant *N. 57. & cap. 1. d. Apost. (2.)* Si negotiis secularibus se immisceant. *l. 17. C. d. Episc. & Cleric. N. 123. cap. 6. c. ult. d. vit. & hon. Cler. r. t. n. Cler. vel Mon. sec. negot. (3.)* Si habitu indecente usi, Clerici esse ignorentur. *arg. l. 15. § 15. d. injur. d. c. 1. d. Apost. c. 4. & 14. d. sent. exc. (4.)* Si arma ipsi capiant. *c. x. d. Cler. pugn. in duell. c. 23. 15. & 45. ut Zvinglius, sleid. lib. 2. Jul. 2. Pontifex. ap. V Volph. cent. 16. rer. memor. rab. (5.)* Si seditiosis & periculosis concionibus auditores ad bellum instigent. ut de *Savanorala tradit. Comin. d. bell. Neap. lib. 5. Bod. d. Rep.* Et cum hodie (6) nunquam ferè Principes bella moveant, nisi consultis primò Sacerdotibus, meritò ejus belli incommoda, in quod consensere aut suasere, sentiunt. Decorum itaque privilegiatis, ut contineant se intra metas suæ vocationes, ne pedem extra ponendo & contraveniendo suæ vocationis studiis & officiis, veniatur deinceps adversus ipsorum Privilegia, quæ causâ studiorum vel officii cessante, ipsa quoq; cessant. *Coler. d. process. execut. part. 2. cap. 3. num. 162.* & hoc est, quod in sæpè allegatis articulis *art. 1. in fin.* cautum, Das sie sich nemlich aller Intelligentien, Correspondentien vnd gefährlicher Practicken enthalten sollen. Indignus aliàs privilegio, qui contra privilegiû quid committit, *l. 37. d. minor.* & damni quod ex propria Culpa sentiunt, sentire non videntur. *l. 202. d. R. I.*

XIX. Sequitur quid Juris circa Dedititios. Sunt autem Dedititii, qui bello inferiores majoris mali evitandi ergò potestati alterius se submittrunt, & in Jura aliena transeunt. *Brunnem, in coll. d. pac. disp. ult. concl. 2.* qui dum ita purè Hosti de se arbitrium permittunt, & spontè aut coactè deditioem faciunt, non in  
Foedus

Fœdus sed Fidem veniunt. *Bodin. d. Rep. 5. cap. 6.* Et cum reverâ victi sunt, de victorum Jus etiam eos circa eos obtinet, & eo in loco sunt, si Jus externum belli respicimus, ut nihil non eis eripi possit; etiam Vita, etiam Libertas Personalis, multò magis Bona non tantùm publica, sed & singulorũ. Nec refert quàm sollicitâ curiositate, circa verba utantur, ita, ut tradant se alterius Fidei, Clementiæ, vel in Fdem. His verbis enim nihil aliud, quam Deditio mera intelligitur, nec Fidei nomen hîc aliter quid denotat, quàm probitatem Victoris, cui se Victus committit. Conditionibus quippe non transigitur, cadente hoste. *Famian. Strad. in histor. belgic. lib. 6. pag. 355.* ad exemplum igitur fideicommissorum, nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum, qui rogantur, illa vocabula explicantur. *§. 1. in. d. fideic. hered.* cum nemo invitus cogatur præstare id, de quo rogatus erat, *all. §. 1. Suth. ib. concl. gr.* Sic Ætoli cum se in Romanorum Fidem darent, in voce FIDELI decepti, quasi propter illud, mitior ipsis Consul futurus esset, ignari quæ verbo vis in esset, cum apud Romanos ejusdem significationis sint, fidei se vel Victoris arbitrio permittere. *Polyb. in excerpt. legat. 13. pag. 737.* Iccirco Consul cum dixisset, etiam atque etiam viderent Ætoli quid facerent; Phaneas autem eorum Legatus mandatum suum ipsi ostendisset, statim subjicit Consul, necesse igitur est, ut belli incentores sine mora mihi dedatis. Cum autem Phaneas replicaret, non in in servitutem, sed Fidem tuam nos tradimus; & certum habeo te imprudentiã labi, qui nobis imperes, quæ moris Græcorum non sunt, respondit Consul, nec herculè magnoperè nunc curo, quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant, dum ego Imperium id habeam in deditos; & Legatos vinciri jussit. *Liv. dec. 4. lib. 6. pag. 170. seq.* Ex quibus verbis apparet, quantum impunè possit facere Is, in cujus Fidem se aliquis permittit. Victoris quippe beneficio hæc contingit, nec refugienda quidem penitus, sed quæ pessimis plerumque circumvoluta comitibus, legibus iniquis, fluxis moribus, occultis odiis, apertaque sæpius tyrannide. *Franc. Petrarch.* quo sensu malorũ levissimũ dicitur à *Liv. dec. 1. lib. 8. p. 336* pax necessaria magis, quàm æqua. *Liv. dec. 3. lib. 1. p.* qua deditus nihil proprii relinquitur. *Appian. d. bell. Lybic. pag. 759.* sed turpissimã servitus nomi-

ne deditōnis appellatur. Critignatus ap. *Cæs. lib. 7. pag. 279.* Sic Populus Romanus respondet Campanis, quod non Fœdere, sed deditōne in Fidem venerint. *Liv. dec. 1. lib. 7. pag. 303.* Levinus Coss. Civitibus qui deditōne in Fidem venerant, pro cuiusq; merito præmia vel pœnas exolvit. *Liv. dec. 3. lib. 6. pag. 240.* Quod bene intellexit Flaccus, dum svasit Ætolis, ut Culpam confiterentur, totam in preces orationem verterent, & tunc in fidem Romanorum se permitterent: ita enim illis violandi Supplices, verecundiam se imposituros. *Liv. dec. 4. lib. 6. pag. 170.* Nihil igitur uti dictum interest, an dedens dicat se dedere alterius Sapientiæ, an Clementiæ, an Misericordiæ, an Moderationi, an Gratia, an auffs discretion, an auffs Wolgefallen / an placito, an potestati & la merci du victorieux, & la piete du victorieux: hæc enim omnia blandimenta sunt, res manet, ut Victor arbiter fiat, Fides sit in libidine Victoris. *Tacit. 3. histor. pag. 543.* ut ex suo arbitrio & beneplacito ipsis Gnade oder Bignade impertiatur. Sic Alexander M. omisis sponsonum Fideiq; pignoribus, venire eos iussit, Fortunam quam ipse dedisset, habituros. *Curt. lib. 6. pag. 123.* Videat tamen hic moderatus Victor, non solum quid Jure facere possit, sed etiam quid salvo omni officio maximè deceat. Bellorum egregii fines, quoties ignoscendo transigitur. *Tacit. ann. 12. p. 247.* ita majoribus placitum, quantâ pervicaciâ in hostem, tantâ beneficentia in supplices utendum. *Tac. ibid. pag. 248.* maximo semper animo, victis Regibus Populisve ignoverunt Romani. *Liv. dec. 4. lib. 7. pag. 21.* Ignoscendo Romani magnitudinem auxerunt. *Salust. in orat. Philipp.* Supplices quippe sacrosancti debent esse. *Pausan. lib. 7. in Achai. pag. 447.* & Ferinum eos violare *Cic. Supplicibus non parcentes, canibus pejores, Aristotel. lib. 2. Rhet. cap. 3.* Sic Æmilius Civitates se dedentes benigne audivit. *Liv. dec. 4. lib. 7. p. 204.* Paulus fidei suæ se dedentes clementer habuit. *Liv. dec. 5. lib. 5. pag. 117.* Phalisci aliquoties rebellando, cum Lucretio Coss. se dedere tandem coacti essent, isq; adversus eos sævire cuperet, respondit Senatus Roman. Phaliscos Fidei Romanorum se commississe, omnemq; iram placidâ mente deposuit. *Valer. max. lib. 6. cap. 5.* Hinc ad Officium ejus cui facta est deditio, non malè refertur illud *Senec. lib. 2. d. Clem. Clementia liberum arbitrium habet*

bet non sub formula, sed ex æquo & bona iudicat, & absolvere illi licet, & quanti vult litem taxare.

XX. Secus tamen hoc est in Deditioibus conditionatis, quando hostis abitum mit *Sack* vnd *Pack* paciscitur, quibus Verbis omnia Vasa (ut *Salust. loquitur d. bell. Jugurth.*) oder *Bagagy* comprehendendi, quotidiana testatur experientia. Vel ut singuli Vestimentis solùm abeant. *Liv. dec. 1. lib. 5. pag. 246.* duabus tunicis. *Appian. d. bell. Lybic. p. 752.* vel ut tantùm auferant, quantum humeris portare possunt. *Liv. dec. 4. lib. 2. pag. 41.* vel, *Das sie nicht ausgezogen/sondern hnen das gelassen werde, was sie vnterm Gürtel haben. artic. 12. supr. alleg. conv. inter Dn. Bannier & Hasfeld.* & quæ similes conditiones pangi solent. Hoc Vi abstrahendum non est, accepta quippe Fide publicâ abeunt, *Dionis. Halicarn. lib. 9. pag. 849.* illa autem & Hosti servanda, *Bodin. 5. Republ. cap. 6.* nam hostes qui sunt, Homines esse non desinunt: at Homines, qui ad rationis utum pervenerunt, capaces sunt Juris expromisso. Hinc *Æmilius* dicit, Captas, non deditas diripi urbes. *Liv. dec. 4. lib. 7. pag. 203.* & milites *Vespasiani* Cremonam impetu debere capi putant: expugnata enim urbis prædam ad militem pertinere. *Tacit. 3. hist. pag. 518. Liv. dec. 4. lib. 7. pag. 203.* Secus si multum operiantur jam Pacem, jam preces, & pro labore ac vulneribus Clementiam & gloriam inania laturos. Sed opes Cremonensium in sinu Præfectorum, legatorumq; fore. *Tacit. alleg. loc.* Malè igitur *Volsci*, cum singulis vestimentis, cladis ignominiaq; pleni dimissi erant, postea veteri *Tusculanorum* odio inermes oppressi. *Liv. dec. 1. lib. 5. p. 230.* *Pometia* nihilominus sædè dedita urbe, quam si capta foret, sub corona venierunt coloni. *Liv. dec. 1. lib. 2. pag. 70.* Sic *Nerda* contra deditiois capita ab *Hispanis* est direpta. *Polyb. lib. 1. pag. 29.* *P. Cornel.* perfidos arguit *Carthaginenses* quod Cives *Nucoria* cum duabus tunicis dimittere velle promiserant, postea abeuntes spoliariant. *Appian. d. bell. Lybic. pag. 752.* Fuit etiam moris si urbes dederentur, aut pactione, sponsioneve facta pecunia promitteretur, miles nihil præter stipendium ferebat, nisi tanta pecuniæ vis esset, ut stipendium ob egregiam militum virtutem, duplicandum videretur, cætera ærario publico cedebant. *instr. disc. 2. concl. 19.* & hoc stipendium vocabatur *Æurmsold.* *Bodin. 6. d. republ. cap. 2. Famian. Strad. in histor. belgic. lib. 8. p. 523.*

XXI.

XXI. Maximè a. circumspèctos intra tansigendum, vñd che  
der Accord geschlossen wird/obsessos debere esse, docet Besold d. art.  
& jur. bell. cap. 8. sect. 3. in fin. sapissimè enim Civitates, periculi secu-  
ras, tunc oppugnari & deprædari, cum nemo facilius opprima-  
tur, quam qui nihil timet. Baud. d. induc. bell. belgic. lib. 3. pag. 31. Les  
heures d'un parlement sont tousjours dangereuses. Monluc. lib.  
2. fol. 133. Montaigne. lib. 1. de essais cap. 6. quando sc. divitiæ invitant,  
Fam. Strad. lib. 6. p. 355. opes oppugnantibus incitamentum ob præ-  
dam sunt. Tacit. 3. histor. pag. 524. & avaritia imperio potentior est.  
Liv. dec. 4. lib. 7. p. 204. quod cum Besoldo cit. loc. justè fieri putat Reinh.  
König in theatr. polit. part. 3. cap. 2. & Fam. Strad. in histor. belg. lib. 9. pag. 655.  
ubi pro regula tradit. Quamdiu de Deditioibus agitur, vigilan-  
tes esse debere obsessos, cum impunè tunc deprædari possint,  
& sic Genuam anno 1522. misere direptam & occupatam notat  
Thuan. histor. lib. 21. Bellay lib. 2. fol. 191. Unde etiam aut. der Fürst: Fisch-  
reden dict: Man sol auch dem Feind nicht trawen/ob er schon verspro-  
chen/unter wehrender Handlung nichtes zu attentiren. lib. 11. cap. 28. Ve-  
rum an hoc ita simpliciter affirmandum dubito; Puto interesse,  
an induciæ & actuum bellicorum cessatio & feræ factæ sint, ita  
ut nullum ex muro nullum ab oppugnantibus mittatur tel-  
lum, sed veluti re confecta omnis cura & diligentia remittatur,  
sicuti inter Massilienses & Trebonium convenit ap. Cæs. d. bell. civ.  
lib. 2. p. 274. an vero suppresso induciarum nomine, deditiois ne-  
gotiū simpliciter promoveatur. Priore modo haud dubie illiciti  
& injusti omnes actus bellici sunt, sive in Personas fiant, sive in  
Res. Hug. Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3. c. 21. sect. 6. apparet quippe ex ipsa  
induciarū natura, non debere medio eorum tempore sub data  
fide, quempiā defraudari, aut conditionem cujusq; deteriorem  
fieri, cum Interdicti Uti Possidetis instar obtineant. Baud. d. induc.  
bell. belgic. lib. 3. pag. 316. Eric. Putean. d. induc. p. 32. H. Grot. d. mar. lib. cap. 13.  
Hinc Omne quidquid Vi adversus Hostem per Induciarū tem-  
pus fit, contra Jus Gentium fieri dr. Æmil. ap. Liv. dec. 4. lib. 10. pag. 316.  
Samnites Brutulum Induciarum ruptorem, ut violatorem Juris  
Gentium, & cum eo omnem prædam romanam & captivos  
(quippe injuste retentos) Romanis dedendum censent. Liv. dec. 1.  
lib. 3. p. 348. in fin. & lib. 9. in pr. pag. 349. induciarum enim fides, non  
minus

minus quam Pacis sancta esse debet. *Liv. dec. 1. lib. 8. pag. 345.* alias Fides dicitur violari. *Liv. dec. 3. lib. 7. p. 289. dec. 3. lib. 8. p. 343. lib. 10. pag. 402. ibid. p. 403.* Scipio Chartagenensibus, contra Inducias, quid attentantibus, objicit violatam fidem. *Appian. d. bell. Lyb. pag. 729.* Massilienses ruptæ Induciarum fidei à Cæsare. *d. bell. civil. lib. 2. p. 410.* quod Fide colloquii decepterint. *id. cit. loc.* inducias per scelus violaverint. *id. ib. pag. 411.* accusantur. Vitigis Oratores mittit, qui ruptas contra, fidem inducias quererentur. *Aretin. d. bell. Goth. lib. 2. pag. 65. 66.* Porfenna incusat Tarquinium, quod Induciarum religionem. *Dionis. Halicarn. rom. antiq. lib. 4. jusjurandum & pactas Inducias. Polyb. lib. 15. pag. 627.* colloquii fidem Cæsare. *d. bell. gall. lib. 1. pag. 30.* fregerit, induciarum jura non servavit. *Cæs. d. bell. civil. lib. 1. p. 259. Justin. lib. 3. Clapmar. d. arc. rer. imp. lib. 5. cap. 9.* Fides siquidem aut data servanda est, aut non danda, *Schonborn. 5. Polit. cap. 25.* nihil siquidem Justitiæ & fidei tam congruum, quam quæ semel placuerunt servare. *l. 1. pr. d. pact. Cic. offic. 1.*

XXII. Posteriore casu, cum nullæ induciæ pactæ, liberiores ad Prædam capiendam Hosti relictæ manus. Sux enim adscribant imprudentiæ & culpæ, quod nulla data & accepta fide ad tale negotium processerint. Integrum quippè ipsis fuit, ultima quæq; experiri, & deditiois mentionem, nisi pactis induciis & securitate, planè non admittere. Scire debuissent, cum Hoste sibi rem esse, qui cū *Homero ll. 4.* sive dolo sive vi manifesta, clamve, palamve nocendum puat. Dolus an Virtus quis in hoste requirat. *Virgil.* Si igitur damnum dederit, serò accusant mores ipsius, nimia securitate accersitos. Nuncquam ab ira speranda est bona gratia. *Plutarch. in comparat. Alcib. & Coriol. ἐχθροῖς ἀπιστῶν εἰπὸν αὐτὸν λάβης βλάβην, ut Menander ait.* Inimicus semper de inimico cogitare, eiq; insidias struere, & nocere velle præsumitur. *Marc. Mant. cons. 325. n. 6. vol. 1.* Neq; credendum, etiam si quasi mutato animo sermonibus factisq; blandis, se comes exhibeant. Ita monet *Pittacus μηδὲ τὸν ἐχθρὸν φίλον ἦγε :* cui prædictus Menander anuuit *λογὸν παρ' ἐχθρῶν μὴ πρὸς ἡγήσῃ φίλον.* Pessimi quippè inimicorum, qui injecta Pacis mentione nos fallunt. *Baud. d. induc. lib. 1.* Idq; Potentioribus vulgare ut iram

E

tegan,



regant, dum ulciscendi occasio detur. *Nicet. in Joan. Com. Du. D. David Mevius Syndic Stras. d. Metat. them. u. Quocirca Mons. Antoin. d. la vill. en son fortif. livr. 3. part. 2. chap. 24.* pro cautione tradit, tunc temporis excubias esse geminandas. *il faut redoubler les gardes: car c'est lors qu'on est en danger d'estre surpris:* *Confidentia enim & securitas in tali casu omnino suspecta, & si in alterutram partem peccandum, fatius est nimis esse timidum, quam satis securum. Band. d. induc. bell. belgic. lib. 2. p. 152.* Sic Eretrientes, dum de deditione agunt ac in spem Pacis intenti segnius munera belli obeunt, & ea modo parte, qua murus dirutus erat, cæteris neglectis stationes armatas opponunt; Quintius noctu ab ea parte, quæ minimè suspecta erat, impetu factò, scalis urbem cepit. *Liv. dec. 4. lib. 2. p. 44.* Casilinum inter colloquia cunctationemq; petentium fidem, per occasionem captum est. *Liv. dec. 3. lib. 4. pag. 143.* Fortunam eandem experta nupcris annis 1631. 10. Maji infelix Magdeburgum: Imperabat per Tubicinem deditionem Tyllius, quem ipsi simpliciter admittunt Sed dum Cives neglectis excubiis, in ædibus latent, Senatus in Curia de dimittendo Tubicine deliberat, Magdeburgum capitur. *Merian. in histor. d. bell. Svec. lib. 13.* Ita enim Pappenheimius milites suos alloquitur: Impunes nobiscum Magdeburgenses transigent? Servabunt Patrimonium, domos, aurum, qui tantum negotii nobis facefferunt, nos, qui tot, tantosq; labores exantlavimus, sine pretio abimus? Sic erit milites; ecce jam Tubicinem nostrum dimittunt, Tyllio æquis conditionibus se dedunt, nos merita partaq; Præda defraudamur, & laceras vestes, vulneratum corpus, defessam animam reportabimus. Quin potius priusquam hæc concludantur, duobus istis agglomeratæ argillæ cubitis superatis, in inermem illam plebeculam ferro irrumpimus, ascendere vallum labor erit solum, cætera cædes inertium, vastationes domorum, solatium, suppellectiles, divitiæ, quibus Magdeburgenses abundant, præmium erunt. *Petr. Bapt. Burg. d. bell. Svec. lib. 2. pag. 194.* Lætioris eventus Arnheimij à Stralsundensibus Anno 1628. 16. Maji repressus. Vulgaverat Ille per Consiliarios Ducis Pomeraniæ sincerum erga ipsos affectum, propensum in Cives animum

num; benevolentiam suam, & quam bene Civitati cuperet, dāſſet  
allos. Cui mit der Stadt mēnētē, uti *compil. relat. Strals. refert. p. 40.* Lēta  
hęc, idcirco statim à Vulgo credita, *Cæs. d. bell. civ. lib. 2. p. 233. Tacit. 3.  
annal.* & avidè arrepta, omiſſa quocirca defensione de periculo  
maximè securi se quieti dant: sed dum ejusmodi cantibus aures  
applicant, securitatis scopulis fere adhærescunt, & patriæ nau-  
fragium patiuntur, Circa decimam enim continuato labore in  
diem, Civitatem hostili sed irritō conatu assultat *compil. relat. d.  
obsid. Strals. cap. II. pag. 84.* An iuste? Jam olim Martius & Attilius  
nulla re magis gloriati, quam decepto per spem Pacis Perſeo.  
Quod ut summa ratione actū magna pars Senatus approbavit.  
Senioribus, nova hęc sapientia *Liv. dec. 5. lib. 2. pag. 51.* displicuit nec  
in ea Romanas agnoverunt artes. Non per infidias & noctur-  
na prælia, nec simulatam fugam, improvisosq; ad in cautum  
hostem reditus, nec ut astu magis, quam vera virtute gloria-  
rentur, bella majores gessisse. Indicere prius, quam gerere so-  
litos bella, denuntiare etiam, interdum locum finiri in quo di-  
micaturi essent. Hęc Romana esse, non versutiarum Punica-  
rum, neq; calliditatis Græcæ, apud quos fallere hostem, quam  
Vi superare gloriosius fuit. Verum *inquit Liv. cit. loc.* vicit ea pars,  
Senatus, cui potior utilis quam honesti cura erat, Si qui igitur in  
historiis reperiantur, qui talibus mediis usi non fuerint, aut vi  
noluerint, id ad animi celsitudinem, & virium apertarum fi-  
duciam, non ad justī injustive opinionem referendum est. Sed  
annon talis missio & receptio Tubicinum ex consuetudine ar-  
mistiū significet, & ad arma ponenda obliget? Ita putant  
quidam, quod nimirum Colloquium videatur postulatum.  
*Tholos. d. republ. lib. II. cap. II.* qui autem illud postulat, viderur pro-  
mittere collocutoribus id innoxium fore. *Liv. dec. 3. lib. 8. pag. 245.  
Cæs. d. bell. gallic. lib. I.* Ast, cum hoc ex sola missione concludi non  
possit, necesse est talem actum accedere, qui id concessum de-  
monstret. Offerantur igitur induciæ à Tubicine, aut Voce pe-  
tensur ab Obsessis. An autem Tubicen, dum ita hostilia à mittente  
exercentur ab Obsessis lædi possit? Dijudicari hoc potest ex  
eo quod Tubicines ex muta consuetudine belli, securitate Le-

gatorum, qui sancti & inviolabiles, *l. fin. d. legation.* gaudeant *Hottom. d. leg. cap. 1. n. 4.* Hodie utimur *Tambours, trompettes*, aut etiam *Paucier* inquit *Le Vayer cap. 6.* qui inviolabiles. Cum enim subinde cum hoste negotia tractanda obveniant, *Konig part. 3. cap. 2. n. 22* hæc autem expediri non possint, nisi itu & reditu alicui concessio, ipsa Necessitas talem securitatem ipsis expressit, quæ jam perenni consuetudine, & communi Gentium calculo & consensu approbata. Eorum enim ope hinc inde perferuntur questus, denunciations, consilia, & belli inter hostes commercia. *Vid. Paschal. d. legat. cap. 6.* Nec Jus Talionis usurpari potest. Jus Gentium enim ejus qui mittitur cavet securitati, quæ ipsi facto alterius seu Domini auferri nequit. *Besold. d. legat. cap. 5. concl. 16.* & talio justa in eandem personam, quæ deliquit exercenda. Hic autem malum redundaret in ipsum, qui nihil peccavit. *H. Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3. cap. 4. sect. 13.* imò dum recipitur, tacite cum ipso contrahitur. Merito igitur improbat belluina rabies ante centum annos in bello Helvetico, quod tanto odio gestum est ut hæc Personæ etiam non fuerint securæ, sed usi sunt eorum vice, utring; pauperibus puellis. *Birchem. d. bell. Helv.*

XXIII. Non minor cautio & diligentia in ipsis articulis des accords concipiendis requiritur. Uti enim lex nulla tam providè circumspicteq; ferri potest, quin multis fraudibus & calumniis obnoxia sit, quibus sententia ejus circumveniri queat, ut si quis eas omnes è medio tollere velit, hydræ caput amputare sumat: sic nullæ pactiones tam exactis verborum formulis concipi possunt, quin pateat effugium ad eludendam earum vim, si quis occasionem cavillandi quærat. *Baud. d. ind. bell. belg. lib. 1. pag. 114.* Militares quippe viri suum habent interpretandi genus, in explenda fide, quod nullis codicibus legitur. *Crantz. in Saxon. lib. 1. cap. 28.* Idcirco *Mons. Antoin. d. vill. alleg. loc. moner.* On expliquera nettement tous les articles de la capitulation, qv' il n' y reste avecune amphibologie, & mettra toutes les circonstances: car en ceci aussi bien qv' aux autres actions, on tache de tromper l' ennemi & bien souvent sous le nom de capitulation, & paix sont les commencemens des guerre. C' est pourquoy on sera tellement le traité qv' il ny reste rien l' advenir qui puisse estre  
inter-

interprete, contraire à la volonté, de ceux qui se rendent. *Experientia* docet, quam sæpe magna injuria ex malitiosa verborum interpretatione orta sit. Vix namq; frequentior & speciosior est perfidiæ prætextus, quam verborum ambiguitas. *vid. Theatr. Zwing. vol. 7. lib. 5. p. 195.* Nunquam causa deerit quo minus pacto steterit. *Liv. dec. 1. lib. 8. pag. 358.* & fraudi species quædam juris imponatur. *Liv. cit. loc.* Carthago ab imis sedibus excisa est, quum tamen Civitatem salvam fore spondidissent Romani, quod eam dicerent, non in muris aut parietibus consistere, sed in conventu & multitudine Civium, qui iisdem legibus & institutis uterentur. *Flor. lib. 3. cap. 49. Vellg. Patere. lib. 3.* quasi vero de jure Civitatis, non autem de ædificiis & urbe quæstio fuisset. *Bodin. d. republ. 1. cap. 6.* Brasidas pollicetur, agro Bæotorum se decessurum, postea negat se in illorum agro amplius esse: sed in eo quem armis quæsisset. *Thucid. d. bell. peleon. lib. 4. p. 380.* cum de antiquis finibus non de bellica possessione vox intelligenda erat. Antiochus cum dimidias naves pactus esset, Romani eas difsecant, cum dimidiam partem integrarum navium intellexisset. *Flor. cit. loc.* Pericles hostibus vitam incolumem futuram promiserat, si ferrum abjecissent, illos exarmatos qui vel fibulas ferreas in vestibus haberent, trucidari jussit. *Bodin. d. Republ. 5. cap. 6.* Thraces cum aliquot dierum inducias pacti essent noctu populabantur agros hostiles. *Cic. lib. 1. Offic. Strab. Geogr. lib. 9.* Ludovic. XI. rex Galliæ, cum Ludovicum Luxemburgicum ad supplicium quæreret, scripsit se ipsius capite egere plurimum. *Phil. comin. histor. lib. 5.* quæ ratio loquendi & capitalem pœnam & consilium significat. *Bodin. d. republ. 5. cap. 6.* Carolus V. Imperator literæ unius discrimine in verbo *enig* & *ewig* negare sese dixit, quod affirmare putabatur. *Sleid. lib. 19. Hortled. Tom. 2. lib. 3. cap. 78.* Verum talis cavillatio militares viros de decet. Non ut Legistam aut causidicum, sed ut Principem te federa volo interpretari dicit Mauritius ad Carol. V. *Arum. ad A. B. disc. ult.* Creditur quippè quod militaribus ingeniis subtilitas de sit, quasi castrensis Jurisdictio obtusior, & plura manu agens calliditatem fori non exerceat. militares artes probè scio, urbis ac fori jura ignora inquit Annibal. *Liv. dec. 3. lib. 13. pagin. 413. Tacit. in Agricol. Non convenit sum-*

plicitati militum circa syllabas hærere & vöculas äucupari. Semper ipsorum Contractibus censetur inesse clausula, veteris juris feccialis sine dolo malo. *Liv. dec. i. lib. i. p. 26.* quod semel approbatum, illud adamussim observandü, neq; pravis interpretationibus subjiendum. *Besold d. feder. cap. 5. concl. 21.* Rectè conventum inter Dn. Campimarschallus *art. 13.* Was den Belägereten beim Abzug versprochen/ sol ihnen bey Ehren/ Treu vnd Glauben redlich gehalten werden/ vnd sol der General ihnè die geringste torto dagegen nicht widerfahren lassen. Quod si contra sensum capitulationis ad perfidos ausus nihilominus confugere, & pacto alium sensum affingere velint, tunc in ambigua voce ea sumenda significatio quæ cum populari usu & proprietate verbi congruit, & vitio caret. *l. 19. d. Ll. ipsa sc. naturali ratione dictante,* Jus esse ei, cui quid promissum est promissorem cogere ad id, quod recta interpretatio suggerit, ut res exitum repereat, & obligatio valeat. *Grot. d. jur. pac. & bell. cap. 16. sect. 1.* Verba quippe non captanda, *arg. l. pen. ad exhib.* cum ea animo, Voluntati & intentioni, non subtilitati inservire debeant. *l. 3. §. 9. d. adim. leg.* Semper in Fide quid senseris, non quid dixeris cogitandum. *Cic. Offic. lib. 1.* Interpretatio autem ista ex materia, effectu, conjunctis, causa impulsiva, & finali, aut conjecturis commode defumi potest. *uti hoc Grot. & alii pluribus demonstrant, quo me brevitate ergo remitto.*

XXIV. Articuli autem isti, moribus nostris concernunt, vel Decus militare, vel Securitatem. Decus militare, in eo ut plurimum cõsistit liberum sit exire, explicatis signis ac incensis funalibus, klingendem Spiel/ Riegelim Munde/ &c. vel ut *Mos. Anton. d. la Ville,* tradit que ceux, qui voudront pourront sortir, avec leur femmes, tambour batant, en seigne desploye, mesche allumée des deux bouts, bale en bouche, avec quelques piéces de Canon, qu' ils pourront amener de la place. &c. Securitas, ut non solum res habeant salvas *supr. concl. 20.* verum etiam ut in Persona non offendantur, sed tutò & directò ad præsidia proxima in die nechste Guarnison, additis custodibus prosequantur. Sic Æneas olim pactus, ut cum sociis ac rebus, quas in fuga asportassent, intra certum tempus agro Trojano excederent, castellis in potestatem Achæorum traditis: Achæi

Enn: vero ex pacto eis tutam terrâ mariq; discedendi copiam fa-  
cerent. *Dionis. Halicarn. roman. antiq. lib. 1. pag. 32.* Tali pacto contra-  
venitur si per longas ambages circumducantur, & diverticulis  
istis enerventur, v. c. L' Espagnol promit â ceux d' Aquis, qui se  
rendirent, qui leur seroit permis, de en retourner au Pied-  
mont: Il les fit passer, par le Milanois, puis par la Valtoline,  
chemin de plus d' un mois ou le droit n' estoit pas d' un jour.  
*Antoin. d. la Vill. cit. loc.* quibus triplicatis itineribus, lassitudine  
aded eos confecit. Ut relictis signis in sua castra transferint.  
Quo ipso hodiè nihil usitatus, quam abeuntes impeditis iti-  
neribus tamdiu detinere & circumducere, donec pertæsi mo-  
lestiarum, apud nos stipendia mereant. Quod iuri injustum,  
ita testatur experientia, infidos tales esse ut plurimum, da-  
taque occasione coactam fidem exuere. *Tacit. 3. histor. refracta-  
rios & in propinquo summæ rei discrimine seditiose agere. Tac.  
ibid. cum fortuna mutabilem gerere fidem. Liv. dec. 1. lib. 8. pag. 335.*  
ancipites hostes. *Curt. lib. 5. pag. 110.* dubiæ suspensæq; ex fortuna fi-  
dei. *Liv. dec. 5. lib. 4. pag. 93.* quibus ex fortuna pender fides. *Liv. dec. 3.  
lib. 8. p. 311.* levissima fidei mutandæ ingenia, *dec. 3. lib. 8. pag. 337.* Nec  
id immeritò. Non enim fide non affectu tenentur, sed metu &  
terrore, infirma sanè vincula charitatis, quæ ubi removeris, qui  
timeri desierint odisse incipient. *Tacit. in Agricol. pag. 672.* Et quis  
coactus, lubens tamen, alienæ dominationi sanguinem suum  
commodabit. *Tacit. cit. loc.* Metus haud terrebit, quos fides non  
tenuit. *Liv. dec. 1. lib. 7.* Hinc hostes sæpè in ipsa acie inveniunt suas  
libertatem, deserunt illos, quoniam nuper hos relinquere co-  
acti fuerunt. *Tacit. in Agricol. pag. 673.* & in ipsa pugna sine pudore  
flagitii, sine cura Ducum abeunt, fugiunt. *Tacit. 1. annal. pag. 14.* nõ-  
stris enim armis continentur, non suis moribus, & qui præsen-  
tens metuunt, in absentia hostes erunt. *Curt. lib. 6. nec credi po-  
test, ullum hominem, in ea conditione, cujus eum paniteat,  
diutius quam necesse est mansurum; non eo loco Fides spe-  
randa, ubi fer virutem esse velint, Liv. dec. 1. lib. 5. p. 333. Baud. d. induc.  
bell. belg. in præfat.*

XXV: Reprehensionem majorem merentur Officiales, ad cogendos milites emissi, qui sine discrimine quosvis viatores & advenas capiunt, in custodia detinent, fame ac acerbis injuriis eo usq; premunt, donec signa ipsorum secuturos profiteantur. Passim exinde querelæ; nullo tamen prætextu hæc audacia excusari potest. Non Compensatio, non Jus Belli, non Pœna prætendi potest, nisi pœna florens ætas, & ipsa Juventus Supplicium. Hominem ingenuum, & liberum absq; culpa cogere, mera vis est & injuria. Majore integritate olim delectus habitus. Scipio postquam in Siciliam venit, trecentos equites, qui secum in Africam trajicerent, legit, diemq; iis, qua equis armisq; instructi, atq; ornati adessent, edixit. Ubi dies quæ edicta erat, advenit, arma equosq; ostenderunt: tum Scipio, renuntiari sibi dixit, quosdam equites Siculorum, tanquam gravem & duram eam horrere militiam, si qui ita animati essent, malle eos sibi jam tunc fateri, quam postmodum querentes, segnes atq; inutiles milites Republ. esse, expromerent quid sentirent, cum bona venia se auditorum. Ubi ex his unus ausus esset dicere, se prorsus, si sibi utrum vellet, liberum esset, nolle militare: tum Scipio ei: quando igitur adolescens, quid sentias non dissimulasti, te dimittam, & tecum hinc extemplo domum ducas. *Liv. dec. 3. lib. 9. in pr.* Post cladem Cannensem, aliam formam novi delectus, inopia liberorum capitum ac necessitas dedit; octo milia juvenum validiorum ex servitiis, prius sciscitantes singulos, vellentne militare, armaverunt. *Liv. dec. 3. lib. 2. pag. 82.* Lacedæmonii nunquam servos suos, nisi præmiis & libertate allectos, in numeros retulerunt. *Thucid. d. bell. pelepon. lib. 6.* Sed in Anglia id moris esse ajunt; Est quidem, sed non, ut cuius privato illud fas sit. Privilegio & concessione Regis ad hoc opus est, ut certum numerum otiosorum circumforaneorum, quibus ob egestatem & flagitia maxima peccandi necessitudo est. *Tac. 3. annal. data mercede abducas.* Habet in populoso & pacato regno suas rationes Rex: Nulla magna Civitas diu quiescere potest, si foris hostem non habeat, domi invenit, ut prævalida corpora ab externis causis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur. *Liv.*

*dec. 3.*

*dec. 3. lib. 10. in fin.* Jure in Subditos supereminenti tale quid summa Majestas concedere potest, quod Privatis Officialibus non competit, qui accepta à Generali pecunia signa complere tenentur. Hoc miserum, quod si in libertatem priorem propria autoritate se vindicare velint, nullo discrimine habito puniantur, & ut in actione ex jurejurando, non illud quæritur, an pecunia debeat, sed an juratum sit. *§. 11. d. actionib.* ita hic non disquiritur quo jure in numeros relatus sit, sed an transfugerit. *l. 6. d. r. milit.* Durum quidem; sed ita lex scripta est *l. 12. §. 1. qui & à quib. manum.* non alias salvâ propter exemplum *l. 5. §. 1. d. pæn. mili-* tati disciplina. *l. 19. §. 7. d. capt & postl. reversl.*

XXVI. De his, qui diplomata Immunitatis, vulgo Salvaguardias acceperunt, sequitur ut dispiciamus. Hæc consistunt principaliter in defensione rerum ac Personarum, & solent ut plurimum dari eis, qui antea Hostes fuere: postea certis Pactis, Capitulationibus, tractatibus, hodie *Alliancen*, præstitâ ordinaria contributione violentiam redemerunt. Incidit hæc conventiq; ut plurimum in transactionem, utpote dato aliquo vel promisso, & aliquo retento. *l. 38. C. d. transact.* in re dubia & incerta. *l. 1. d. transact.* procedens. Sicut enim ob dubium litis eventum. *l. 51. d. pecul.* pro redimenda vexa privati aliquid dare solent, ut sit litium finis. *l. 10. C. d. transact.* ita sub alea servitorum, & Imperii dubiâ constituti. *Liv. dec. 1. lib. 1. pag. 25.* malunt pecuniarium damnum ferre, quam ancipitem prælii eventum expectare. Tuta quæ præsentia. *Tacit. 1. annal.* nec cara pax, cum emitur; potius verecunda cogitatio ejus, qui lites execratur. *l. 4. §. fin. d. alien. jud. mut. caus.* Datur autem vel literis patentibus, sive diplomate in modum Privilegii, quod ubivis affigitur, vel etiam per appositionem custodum, *Durch ein Schreiben und Patent, oder durch lebendige Salvaguarden.* Salvaguardiæ igitur seu codicilli tales nihil aliud sunt, quàm sub fide publicâ securitatis sponsores. Hinc tutiones. *Cassiod. lib. 7. form. 39.* tutionis auxilia. *Symmach. lib. 10. epist. 36.* dicuntur. Et eo potissimum fine accipiuntur, pactis Contributionibus, ut eò melius vim metuentes defendantur. Eo nimirum effectu, ut istas concedens sit obligatus de securitate danti

F

præ-



præstanda. Fides quippè sanctissimum illud generis humani bona, *Senec. epist. 88.* violari non debet, & si ab alio violetur severissime puniri. Fide enim non tantum Respubl. quælibet continentur, sed & major illa Gentiũ Societas. *Cic. 3. Offic.* Quamvis etiam hoc expressè non proferatur, in contrahendo tamen, quod agitur pro cauto (id. est expresso, convento) habetur. *l. 3. in fin. d. reb. cred. Gothof. in not. ad. d. l. 3.* Consensus enim qualitercumque indicatus, habet vim juris transferendi. Et quia hic Conventio intervenit, utramq; partem obligat. *l. 19. d. v. s.* congruit enim fidei humanæ ea quæ semel placuerunt, servare. *l. 29. C. d. transact.* etiam si quis Rex vel Princeps sit, ne quis sub fide publicâ decipiatur, & injuriarum inde nascatur occasio, unde jura oriri debent. *l. 6. C. und. vi.* Dat autem has literas vel ipse Princeps, vel ab ipso dependentes. Quin ipse Princeps, vel alii Reipubl. summa habentes id facere queant, stultum est dubitare, cum & bellum planè conventionè inita finire possint. *l. 5. d. pact.* De Constitutis sub summa potestate quæsitum? Nullus dubito quin supremus militiæ Dux (der General oder Feldmarschall) tribuere possit: Sunt enim species induciarum, quas pangere ipsis permissum. *Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3. cap. 22. num. 8.* de quibusdam enim Duces belli inter se pacisci possunt. *d. l. 5.* & in bello aliæ sunt Legati partes, aliæ Imperatoris; alter agere ad præscriptũ, alter liberè ad summam rerum consulere debet. *Cas. com. 3.* Sub generali etiam belli administratione, necessariò ea veniunt, quæ natura ipsius exigit, & simul concessa videntur. *arg. l. 2. d. 7. dicit.* Quod sua ratione etiam extendendum venit, ad certæ Provinciæ Gubernatores. Aliis belli Ducibus & Officialibus *Obrißten vnd andern Officirern*, illud non aliter competere potest, quàm si speciale mandatum ostenderit, vel ut id valeat sub ratihabitione superioris, quæ videtur intervenisse, si sciens non contradixerit. De Procuratore, Quæstore exercitus (seu *Feld-Cammeyern* hodierno vocabulo) quæstio est, an pro certa pecunia consentire possit in exemptionem datis literis Salvaguardiæ? Ego simpliciter negandum puto, ductus expressa *lege 13. d. Transact.* Nulli Procuratorum Principis, inconsulto, Principe

trans-

transigere licet, & hoc ob singulare Principis interesse. *Bachov. part. 1. ff. t. t. d. trans. c. 3.* Nec relevat generalis administratio arca, de *Casse*. Cui enim agendi potestas facta, decidendi ablata est. *l. 7. C. d. transact.* Illud ridiculum, si in utilitatem Principis fecerit, rati haberi posse: cum totus actus ipso jure nullus sit. *d. l. 13.* qui rati haberi non potest. *arg. l. 41. d. reb. cred.* Dantur autem vel Generaliter toti; Provinciae, vel Specialiter: tum vel primo certo ordini, veluti sacro, rustico &c. Quod fecit Sereniss. Svec. Rex cum maximam partem ejectis Caesareis Pomeraniam pacaverat, Anno 1631. Secundo: certis quibusdam locis in Provincia, vel utilimitaneis. Exempla passim apud Hollandos, qui insulam *Domterweyrt* circumjacentem apud Neomagium & fortalitium *Schenckij*, *Schenckenschant*, Insulas Flandriae *Casantum*, vulgo *Plattelender* singulari diplomate muniverunt, ut etiam hostes, si eò irrumpant, gravius, & plerunq; capite puniantur. Qui igitur has accipiunt Salvaguardias, metu periculi id faciunt, quotidie imminenti. *l. 2. quod. met. caus.* cujus causa aperta in hostibus ex belli denuntiatione. Ubi sollicitam habet rationem causa periculi, quae literis inferi solet. Sine causa enim transigens vix audietur. *l. 8. §. 9. d. transact.* Durant tam diu, quam metus est à periculo. Si certum tempus additum, ultra non porrigitur, ne quis in infinitum obligetur. *l. 13. §. fin. d. damn. inf.* Ubi utraq; pars ante de cursum spatii, omnia bona fide agere, nec alteri insidiari debet, liberalitatem enim captiosam interpretatio prudentum frangit. *l. 5. d. transact.* In dubio tamen perpetuò obtinent. *Joh. Fab. ad l. 4. C. d. his qui ad Eccl. n. 7.* Frangitur multis modis, etiam si de familia assicurati quis offendatur. *l. 12. d. usu & habit.* Salvaguardias autem frangere cum nihil aliud sit, quam legem Justitiae violare, juxta *Damboud. in practic. crimin. cap. 109. d. publ. fid. Salvaguard. sive secur. violat.* Secundum Jus Civile Salvaguardis contraveniens capite punitur. *Dambud. dict. cap. 109. n. 1. Guid. Papo de civ. 4. 18. n. 1. & ib. in addit. Guilielm. d. Cuneo in tract. d. secur. num. 32. Francisc. Accil. d. Syndic. Prator. cap. 7. in glos. vid. Petri Papp. & ab eo allegat: Dd. in not. ad artic. 15. in Hollend. Krigesrecht. In Imperatoris Romani legibus artic. 16. hæc verba extant: Sie sollen die gesicherten vnd geschuldigten*

bey der Sicherung / vnd Huldigung bleiben lassen / vnd nichts weiters  
nehmen / vnd handeln bey Leibesstraff. *artic. 18. scriptum.* Wo Salva-  
guardien angeschlagen werden / da sol keiner nichts nehmen / plündern  
oder beschneiden bey Leibesstraff. Schwedisch Krieges *articul* §. 25. Da  
sich einer / Er sey auch wer er wolle / Freund / oder Feind / vnsers / oder vn-  
sers Feldmarschalln / oder Gouverneurs Schutzbrieffes / vnnnd Salva-  
guardi gebrauche / so sol derselbig Brieff in gebührliehen respect ge-  
halten / vnd da dawider von vnsern Officirern vnd Soldaten etwas ge-  
walthätiges verübet würde / der ungehorsame Verächter derselben an  
Leib vnd Leben gestraffet werden. Rex Daniæ in seinem Feld vnd Rei-  
terrecht *artic. 45.* Wo wir auch / oder vnser verordnete Feldmarschall /  
eine oder mehr Personen / Städte / Schlöffer / Flecken / Märckte / Dorf-  
fer / Weiler / Häuser / Höfe / oder ander Güter mit Passbort Salvaguar-  
die / Freyheiten / andern Begnädigungen vnnnd Versicherungen ver-  
sehen / sol niemand wider dieselben handeln bey Leibesstraff. Im Ritter-  
recht / *artic. 14.* Ingleichen so etliche in Feinde Land / gebrandschagt  
wehren / vnd ihnen Friede zugesagt / vnd eine Salvaguardia an den Or-  
tern zum Zeichen angeschlagen wehre / wer dawider handelt / es geschehe  
heim / oder öffentlich / der sol vnnachlässig gestraffet werden. *Hollandi*  
*artic. 15.* statuunt. Niemand sol den Personen Städten / Flecken / Dorf-  
fern / Schlöffern / Höfen / vnd andern Gütern / die mit Passborten / Salva-  
guardien / oder anderer Versicherung im Nahmen der Generalitet  
versehen seynd / einig Leid oder Schaden anthun / bey Leibesstraff. *Mihi*  
*placet sententia Joh. Fabr. in l. 4. C. d. his qu. ad Eccles. g. 7. scilicet quod*  
*Principis summi securitatem frangens L. Juliae de Majestate pœ-*  
*na teneatur. i. 1. ad l. Jul. Majest. Qui alorum, Poenâ fractæ pacis, u-*  
*bi si hominem occiderit, capitale supplicium irrogatur. Imp. Fri-*  
*der. d. pac. tenend. §. si qui homin. si vulneraverit, manus amputatur.*  
*§. si qui d. l. si alias injuriam fecit, poena pecuniaria. §. seq. Leges ta-*  
*tamen militares licet duræ, hîc non negligendæ, quælibet enim*  
*contumacia ibi capite punitur. l. 6. §. 2. d. re milit.*

XXVII. Ultima tractatio de fociis Amicis, & Sub-  
ditis est. Per Socios intelligimus, nobis conjunctos, sive  
pari veniant conditione, ut Confederati, sive impari, ut Clie-  
ntes. Per Amicos, Neutrales & omnes eos qui medi in bello sunt.  
Sub-

Subditi quinam sint liquidum. De his supervacuis ferè videtur sermo. cum non sint Hostes, neq; in eos Jus bellicum, ratio poenæ, aut Compensationis locum habere potest. Idcirco etiam ipso Jure Gentium & Naturæ potius beneficiis afficiendi. *Helic. antiq. roman. lib. 3. & specialibus articulis militaribus etiam talis conatus prohibetur. Articulis Maximiliani I. Es sol keiner in Freunde Lande sich zu rauben vntersehen / N. A. zu Augsb. d. Anno 1500. §. Es sol auch. artic. Cesar. 41. Es sol keiner in der Freunden Land/vnd auff vnsern vnd des Reichsboden/auff den Zug oder in den Lägern/mit Gewalt vnd vnbezahlt nehmen/ noch auff die arme Leute außlauffen vnd plündern bey Leib vnd Lebensstraff. Schwed. Krieges Recht. artic. 79. Keitt Officer, Knecht / oder Fußknecht sol einigen Menschen/er sey vnser Vnterthan oder nicht/ berauben oder ihm etwas mit Gewalt abnehmen/ es sey auff freyer Strasse in marchiren durchs Land/oder auch in Bestungen/ Städten/vnd Dörffern bey Leib vnd Lebensstraff. Holland. Kriegs. artic. 14. Ferner sol niemand die Einwohner der vereinigten Provinzen, dero zugehörigen/ oder Bvndsgenossen vnterdrucken / oder ihnen Speiß vnd anders abwingen/it. artic. 25. Wer einig Vieh in den Landen so vnter dem Gehorsam stehen einführet / sol als ein Dieb gestraffet werden. it. art. 41. Wer hinaußläufft zu plündern/rauben/vnd den Leuten das ihre zu nehmen/sol gehencket werden. Rex Daniæ artic. 50. Es sol auch keiner bey Freunden vnd dieweil einer in der Freunde Land ist jemanden etwas mit Gewalt oder vnbezahlt nehmen/ wer dawider handelt sol am Leben sonder alle Gnade gestraffet werden. His tamen in contrarium hodierno ævo, quo omnia declinant sævitia militaris progreditur. Quod vitium seculi mussatum præstaret habere, nisi Historicorum fides annotasset, non omnia apud majores meliora fuisse. Sic enim legimus: Denthelatæ Socii quidem erant Philippi, sed propter Inopiam haud secus quam stoltium fines Macedones populati sunt. Rapiendo enim passim villas primùm, deindè etiam quosdam vicos evastarunt, nõ sine magno pudore Regis, cum Sociorum voces, nequicquam Deos Sociales, nomenq; suum implorantes audiret. *Liv. dec. 4. lib. 1. pag. 19.* Philippus Alexandri M. Pater non melioris fidei adversus Socios fuit, Civitates eorum hostiliter diripuit, Conjuges li-*

berosq; omnium sub corona vendidit, non Deorum immortali-  
um templis pepercit. *Justin. lib. 8. pag. 60.* Hoc præmium Ætoli suis  
Sociis retulerunt, ut non solum necessariis temporibus ab illis  
relinquerentur, sed etiam direpti atq; prodi ea paterentur à So-  
ciis Ætolis, quæ Victis ab hoste Victore sunt expectanda. *Polyb. hi-  
stor. 4. pag. 308.* Philippum plures quo tempore ex Epiri faucibus  
festinato se recipiebat, urbes in Thessalia, Thessalis amicum &  
socium evastasse, quam ullus unquam hostium fecerit, qui cum  
illo bella gesserunt. *Conqueritur Iesus ap. Polyb. lib. 17. p. 679.* nihil cru-  
delius ab Hoste pati potuisse, quam quæ ab Sociis passi fuere  
Thessali. *Liv. dec. 4. lib. 2. pag. 41.* Idem cum narrasset, milites Roma-  
nos in castris ad Sucronem procacius egisse, & quosdam eorum  
noctu prædatum, in agrum circa pacatum iisse; adjicit omnia  
licentiâ ac libidine militum, nihil instituto ac disciplina militari  
gestum: *Liv. dec. 3. lib. 8. pag. 318.* Sic turpis fama Peligni, dum Socios  
magis quam Hostes prædatur. *Tacit. annal. 12. pag. 262.* Vitelliani per  
omnia Italiae municipia desides & tantum Hospitibus metuen-  
di. *Tacit. 3. hist. pag. 508.* exercitus Romanus omni licentia corruptus,  
qualis Sucrone in Hispania fuit, talis nunc Locris, Sociis magis  
quam Hosti metuendus. *Liv. dec. 3. lib. 9. pag. 358.* quotidie eorum  
urbs capitur, quotidie diripitur, *id. p. 355.* Miccio Princeps Chal-  
cidentium conqueritur, se socium & federatum esse Popul. Ro-  
man. nihilo minus templa omnibus ornamentis compilata,  
spoliataq; sacrilegiis, fortunas Sociorum direptas esse & quoti-  
die diripi, *Liv. dec. 5. lib. 3. pag. 71.* Vos profitemini nos amicos & So-  
cios esse; ut hostibus autem utimini. *Appian. d. bell. Mithridat. p. 977.*  
Nihil quidquam miserius per ea tempora, Italiae Populis qui  
Imperatori parebant, cum extra moenia quidem ab hostibus,  
intra moenia vero à militibus diriperentur. Nam nec ipsi Duces  
abstinentes erant, & milites in omnem licentiam effusi, à nullo  
maleficio temperabant. *Aretin. d. bell. Goth. lib. 3. pag. 132.* Gothi de-  
monstrant Italis, quod plura mala ab Imperatore quam ab ho-  
stibus perpeffi sunt. *Aretin. d. bell. Goth. pagin. 132.* Plura exempla  
cumulari possent, nisi displiceret alterius diligentiam ante-  
vetere.

XXVIII.

**XXVIII.** Sanè Philippus ap. *Polyb. histor. lib. 17. p. 380.* inquit,  
 Certò scire omnes, neminem esse mortalium, qui Socios suos  
 volens damnis afficiat: verùm eas interdum temporum Neces-  
 sitates incidere, ut multa illis qui rebus præsumt, contra Volun-  
 tatem suam Necessariò sint facienda. Necessitas quippè ma-  
 gnum imbecillitatis humanæ patrociniùm, omnem Legem  
 (humanam sc. aut ad humanæ modum factam) frangit. *Senec. d.  
 Clement. cap. 3.* Abominandæ Necessitatis amarissimæ leges & tru-  
 culentissima Imperia tum urbem nostram, tum etiam exteras  
 gentes, multa non intellectu tantùm, sed etiam auditu gravia  
 perpeti coegerunt. *Valer. max. lib. 6. cap. 6.* Necessitas ante ratio-  
 nem est, maximè in bello, in quo raro permittitur tempora e-  
 ligere. *Curr. lib. 7.* Ea igitur est ejus vis, ea dignitas, ut sæpe rei non  
 licitæ jus & æquum tribuat. *Clumar. d. arcan. rerump. lib. 4. cap. 6.*  
 Non habet legem, sed ipsa instar legis est. *c. remission. caus. 1. qu. 2. c.*  
*sicut. c. quand. d. consecr. dist. 1. l. 1. §. 2. d. Muner. & honor.* De ista jam Ne-  
 cessitate, quæ & qualis esse debeat, loquamur paucis. Certis au-  
 tem includenda est cancellis, ne omnis militaris licentia hoc no-  
 mine tegatur. Et quidem cum Fides supremum rerum huma-  
 narum vinculum sit & grave sit eam fallere, & contra pacta  
 conventa facere. *l. 1. d. Const. per. l. 1. §. 7. d. pact.* sequitur (Primo)  
 Quod certum urgens, nõ imaginarium debeat esse periculum,  
 quod jus factis addat. Non enim quivis defectus & indigentia  
 ut Necessitas alleganda. Conqueritur *hac de re Just. Afer. in seiner  
 Klager. vber den Prag. Fried. ib.* Dann vnter dem Gerösch der Waffen  
 müssen die Rechte schweigen/ vnd was die Kriegshäupter vnrecht hand-  
 len/das wird gemeintlich mit der Noth/vnd der Muthwill der Soldaten  
 mit dem Hunger vnd Mangel entschuldiget: Wer Gewalt hat dem  
 fehlt es nie an fürwandt eines rechten / vnd derselbe machet vnter dem  
 Schein der Noth ehrlich vnd erlaubt / was an sich selbst schendlich vnd  
 verboten ist. *p. m. 32.* Qui igitur in Necessitate se fundat, ne-  
 cesse est ut eam gravissimam fuisse probet. Qua demon-  
 stratâ, ut in omnibus legibus humanis, ita etiam in lege Do-  
 minii summa Necessitas videtur excepta. *Doctis. Du. H. Gros. d.  
 Jur. pac. & bell. lib. 2. cap. 3. concl. 6.* Hujus exempla Jus Civile suppe-  
 ditat.

ditat, ut in l. 2. C. de patr. qui fil. fa. distit. l. 7. d. admin. & peric. tut. l. 4. §. 2. ad  
L. Rhod. d. jact. l. 3. §. 17. d. incendi. ruin. naufr. quæ etiam inter Theolo-  
gos recepta est sententia: In tali Necessitate, si quis quod ad vitam  
suam necessarium est sumat aliunde, eum furtum non commit-  
tere. Res omnes enim in Dominos cum benignâ quadam rece-  
ptione Juris primitivi videntur distinctæ. Thom. 2. c. 66. n. 7. Covarr.  
cap. peccat. part. 2. cap. 1.

XXIX. Secundò tentandum, an alia ratione hæc Necessitas  
evadi possit, quod respectu temporis præteriti, præsentis & futuri  
examinandum. Si enim v. c. Imperatori militari exercitus geren-  
di cura commissa sit, ejus est (†) domo frumentariâ, quod Hor-  
reum Romani. Liv. dec. 4. lib. 1. pag. 32. Appian. d. bell. Illyr. pag. 75. nostri  
Magazino del grano vocant, & aliis rebus necessariis, ad omnem  
usum belli, exercitui prospicere, ne exercitus egeat, & cogatur  
quærere quod auferat. Cassiod. lib. 4. epist. 13. Mendicitas ad omnem  
desperationem vocat armatos Lamprid. in Alexandr. nec discipli-  
nam potest servare jejunus exercitus. Cassiod. lib. 1. var. cap. 13. quod  
si ille tempus idoneum præterlabi passus fuerit, deinde neces-  
sitate urgente à Sociis manu militari frumentum, cœlestibilia  
& alias res auferre velit, jam in ea est causa, ut Necessitatem il-  
lam obtendere non possit. Sibi enim imputet, cur de necessaria  
provisione tempore idoneo non fuerit sollicitus. Imperator n.  
belli scire debet, absq; necessariâ Annonâ, se neq; vincere, neq;  
vivere posse. Lips. 5. Polit. 6. & reliquis casibus in tempore posse  
subveniri: pabulationem & annonam, non habere remedia,  
nisi ante condita. Veget. lib. 3. cap. 3. Luc. d. Penna in l. 1. C. ut. nemin. lic. in  
Empr. spec. Antequam igitur ad singulos cives pervenitur, opes,  
annonæ horrea militaria primitus excutienda, & quamdiu inde  
alimenta militibus suppetunt, depromenda. Ruin. cons. 107. col. 2. vol.  
5. Indignissime enim postulatur à provincialibus, ut militibus  
& animalibus eorundem alimonix sine pretio ministrentur. l. 2.  
C. d. luc. advoc. l. 5. C. d. met. at. Dn. David. Mev. Synd. Strals. in disc. d. met. at.  
concl. 22. lit. c. Hoc medio deficiente, si Generalis justâ causa, vel  
alio modo impeditus exercitui antea non prospexerit, vel etiam  
talis Casus inopinatus in bello, quod fortuitorum capax, Tacit. 4.

annal.

annal. intercesserit, jam Tertio videndum an non medio æqui-  
pollenti istam necessitatem evitare possit. Quod fiet (1) Si in utro  
aliquid sumant v. c. Dasß sie von particuliren etwas erhandlen oder  
privat Kauffleute dahin disponiren dasß sie sich zu einrichtung des  
Magazins verstehen/uti hoc salubriter tentatum à S. R. M. in hac  
civitate Stralsund. (2) Si Precio aliquid accipi possit ex solvat sti-  
pendia. Quamdiu enim quid precio obtineri potest, Necessitas  
illa cessat. Stipendia autem ut jam ante habeat, necesse est, quæ  
nisi ex præparato sint, frustra cogitabit de bello. Bellum enim  
qui gerere cogitat, de medijs ut sit sollicitus necesse est. Prius est  
parare bellum, quàm exercere. *Lips. 5. Politic. 6.* in ipso enim bello  
incommodum & serum, & providus Princeps antequam in-  
choetur bellum de expensis sollicitus esse debet. *Luc. 14. v. 21. Veger.*  
*3. cap. 3.* sunt enim nervus belli. *Tacit. histor. 2. p. 497. Curt. lib. 6.* & ora-  
culum est plerasq; belli res confici Consilio & Vi pecuniarum.  
*Thucid. lib. 2 pag. 126.* Præparent ante bellum Principes, Ærarium  
militare, idq; certis & perpetuis redivibus stabiliant, ut salariis  
militum sufficiat, quo sine quotidianis cõtributionibus novisq;  
exactionibus & oneribus res bellica subsistat. *Scip. Amirat. discept.*  
*Politic. in Tac. lib. 1. pr. disc. n.* Quod si (4) neq; in promptu stipendia  
sunt non debet tamen propriâ autoritate, quæ nimia est co-  
mitata licentiâ, & quæ abire non potest sine gravissimo multo-  
rum innocentium malo, ad talia extrema procedere, sed per le-  
gimos tramites illud exigere, adeundo sc. Magistratum, ut ille  
placide & molliori via hoc à Subditis procuret, dasß sie misgen in  
die Commissi liefern / eveniret aliàs ut geminarentur injuriæ non  
solum in ablatione rerum, sed etiam calumniis Personarum,  
insolescit n. animus, qui se sentit armatum. *Cassiod. lib. 7. epist. 4.*  
*Appian. d. bell. civil. lib. 5. p. 531.*

XXX. (4) Non hoc concedendum est si Pari Necessitate  
ipse possessor teneatur, nam in pari causa, possidentis melior est  
conditio, ita sumendum ne ipsi Domini egeant. *Dionis Halicarn.*  
*ant. rom. lib. 5. pag. 455.* Melior est causa suum non tradentis, quam  
poscentis alienum. *Curt. lib. 8.* Hoc de casu disputat. *Cic. Offic. lib. 3.*  
& ponit hominem nullius frugi, & hominem Reip. utilem in

G

fimi-



simili necessitate constitutos, itaq; inquit ipsa lex Naturæ, quæ utilitatem hominis conservat, & continet, decernit profectò, ut ab homine inertiatq; inutili, ad sapientem, bonum, fortemque transferantur res ad vivendum necessaria: qui si occiderit multum de communi, utilitate detraxerit; Addit tamen hanc cautelam. Ne nobis sit nimium precium nostri, ut nos dignos existimemus, quorum conservatione alii pereant. An jam milites isti sint non usquequaq; expeditum. Occupatio bellica & periculorum magnitudo, quæ pro patriæ defensione subeunt. *pr. in d. milit. test. ab. Minsing. Dec. in l. quanquam. C. eod. eos tuerentur, quippè pro somno nostro vigilant, pro nostra quiete laborant. Just. Afer. in quer. d. pac. Prag.* Imaginem quandam ejus rei habemus obsessis Civitatibus, qua milites si alimentorum inopia urgeat imbellem multitudinem *les. bouches inutiles* veluti senes, pueros mulieres foras ejiciunt. An rectè? Romani se ita sensitse, probarunt urbe à Gallis capta: milites ad arcem confugiebant, relictis in urbe senioribus, perituram turbam ne iis corporibus, quibus non arma ferre non tueri patriam possent, onerarent inopiam armatorum. *Liv. dec. 1. lib. 5. pag. 231. seq.* Petelliani in Brutis ab Himulcone obsessi, ejecerunt omnes senes & infantes. *Liv. dec. 3. lib. 3. pag. 112.* Æginenses pueros & fœminas. *Polyb. lib. 4.* Aristæus, Potidæa undiq; obsessa author erat, ut quingentis exceptis, cæteri observato vento secundo navibus abirent, ut res frumentaria diutius suppeteret, & qui in urbe remansissent, obsidionem facilius perferrent, famemq; tolerarent. *Thucid. d. bell. pelepon. lib. 1. pag. 47.* Plataenses liberos & uxores, & maximos quosq; natu, & hominum nullius usus multitudinem Athenas exportant. *Thucid. lib. 2. pag. 180.* Babylonii obsessi à Dario, mulieres omnes exceptis paucis ad panem faciendum expellunt: cæteras in unum contractas strangulant, hoc idcirco facentes ne rem frumentariam illorum illæ absumerent. *Herod. lib. 3. in Thalia. pag. 216.* Tyrii Conjuges, liberosq; devehendos Carthaginem tradiderunt, fortius quidquid accideret laturi. *Curt. lib. 4.* Matthæus Serranus Slusæ Præfectus, obsessa à Principe Mauritio Slusæ aliquot milia

lia fervorum uno die ejecit. *Em. an. Meter. in histor. Belgic. lib. 23. Petr. Matth. in histor. Heinric. 4. lib. 7. narrat. 2. Fra: Loys de Peruisis Tribu- nus Cæsaris in patria mea Griphisvaldio Anno 1630. injuriæ dolum addebat: Fingit se misereri miserorū & Pauperes in fo- rum, panem ipsis distributurus, venire jubet; parcè admodum primo adsunt frustrationem aut dolum veriti. Sed in parvis sibi fidem præstruit, ut majori deinde cum commodo fallat, idcirco litem ipsis erogat, ut & quotidie redeant præcipit. Post- quam jam ex cœnobiis & angulis eos satis frequentes adesse vi- det, correptos Civitate ejicit, pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas, sine ullo Duce aut consensu, suam quisque ipem, sua consilia, communibus deploratis exequabantur. ut *Liv. dec. 1. lib. 5. pag. 231. ait.* Si Historiæ lucem afferimus, sæpè nocu- mento fuisse, cum inutile defensionem hominum genus, in urbe castrisq; relictum est, patescet. Hostibus ad obsessiones animos addit, ut suo exemplo Civilis ejusq; asseclæ ostendunt. *Tacit. lib. 3. histor.* Obsessos ad maturandam deditionem cogit, ut Ætolis in arce Heraclea evenit. *Liv. dec. 3. lib. 6. p. 205.* Sancerre in Gallia nun- quam ad extremam illam necessitatem & famem adactæ fuis- sent, si inutilem turbam ante obsidionem removissent. *Thuan. lib. 55. Favian. Strad. pag. 111.* Quapropter *Scip. Ammirat. dissert. Politic. in Tacit. lib. 20. disc. 3.* urgente necessitate, ejusmodi ejectionem ap- probat. Uti & *Anton. d. la Vill. lib. 3. part. 2. cap. 13. ib.* quelle provision qu' il y ait dans la Place, si on ne la mesnage, elle sera bien tost acheuee: c' est pourquoy avant que le Siege commence il y faut pourvoir chassant hors toutes les bouches inutiles principalement lors qu' il y a peu de vivres. Ra- tiones huic sententiæ subjungit. *Dn. David. Mer. Syndic. Strals. d. me- zat. concl. 24. in fin.* & putat ejectos de injuria conqueri non posse, cum exilium pro dulcissima patria ferre iniquum non sit, queis etiam pro salute ejus occumbere suave esse debeat. Finit tamen istam disceptationem. *Livii dec. 1. lib. 5. pag. 231. verbis:* Quod utile obsessis minuire imbellem multitudinem, id parum huma- num esse. Induriorem sententiam inclinat. *Anton. d. la Vill. cit. loc.* quando inquit, *Et ne faut point avoir pitié: car il vaut mieux que ceux la se perdent, que s' tout perdoit.* Sed anne ejecta turba ab obsidente*

recipienda? Pendet hoc ex moderamine Victoris, qui è re sua, hanc rem arbitratur. Si momentum ad promovendam occupationem adfert, eam repellit, uti Princeps Mauritius obsessa Slusâ. *Eman. Meter an. alleg. loc.* Contra Eduardus Rex Angliæ obsesso Caleto, mille septingentos à Gubernatore ejectos, victu & pecunia dimisit. *Frossard. 1. cap. 133.* Humanitatem ut turba pulsa dimittatur, approbat. *Besold. d. art. jur. bell. cap. 5. concl. 8. pag. 8. concl. 8.*

XXXI. (5) Ut maneat obligatio damni refarciendi. Ne summo equidem Principi sine iusti pretii retributione, ex qualibet etiam iustissima causa rem Subditis extorquere permisum. *l. 2. C. pr. quib. caus. serv. pr. præm. l. 13. §. 1. D. Commun. prædior. Bald. in l. sicut. n. 2. C. d. servit. rem sine pretio auferre diabolicam potestatem esse dicit. Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 3. n. 5. Car. Tap. ad l. 1. d. const. princ. per tot.* Sic Pericles ostendit in necessitate belli Athenienses debere sumere publica donaria & sacra vasa, & postquam usi iis fuerint, debere tantum Deæ restituere. *Thucid. lib. 2. pag. 127.* nec hoc onere liberantur, si nunc fortè ei præstationi par non sint, sed quando cunq; copia suppetit, exferet sese, quasi sopita obligatio. *Vasq. lib. 1. cap. 5. H. Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3.* Tenentur autem ad hanc restitutionem (1) belli auctores sive potestates summæ, cum enim in rem eorum versum sit, merito ad refusionem tenentur. *Grot. alleg. loco* (2) Duces de his quæ suo ductu facta sunt, *Hillig. ap. Donnell. lib. 4. cap. 3. pag. 257.* (3) Ipsi milites & quidem ex stipendiis ipsorum tanti detractâ parte. Maximil. I. in der Reuterbestall. *art. 91. his verb.* Item da nicht allerwege das Geld oder die Zahlung so ordentlich verhanden/ vnd sie auff den Wirthen vnd armen Mann leben vnd zehren müssen/ so sollen sie doch nichts desto weniger aller Gebühr vnd Billigkeit zuverhalten/ vnd vmb dasjenige so ihnen die Wirthe oder armen Leute geben ehrbare gute Rechenschafft zu halten/ Zettel vnd Bekänntniß von sich zu geben/ vnd ihnen solches hernacher an ihrer Besoldung abziehen zu lassen schuldig seyn sollen. *Fußkn. bestall. artic. 41.* Es sol niemand etwas mit Gewalt oder vnbezahlt nehmen/ sondern ein jeder seinen Wirth gebührlicher weise zu frieden stellen/ wer das nicht thut/ der sol durch seinen Obersten zu der Erstattung angehalten/ vnd noch dazu an Leib vnd Leben nach Erkänntniß gestraffet werden. *Facienda au-*

da autem est hæc restitutio in simili, Æstimatione mediante juramento facta. *Hug. Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 1. cap. 2. sect. 7.*

XXXII. Deinde Philippus in allegato loco inquit, multis qui rebus Præsumunt esse facienda. Quo ipso *Raison d'etat & de la guerre* intelligit, quod se Imperantes ut plurimum propter eminentem quandam utilitatem & bonum publicum aliquid facere cogantur. Est quippe utilitatis publicæ is favor ut propter ejus causam privatorum incommoda negligere oporteat. *Gail. 2. Obs. 56 num. 3.* Salus quippè Populi suprema lex est. Multa hinc usurpantur quæ contraria sunt scriptis ll. fiuntq; ut ait *Tacit. 1. annal.* bono magis exemplo, quam concessio Jure, unde talia contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta dicuntur *Julian. in l. 51. ad L. Aquil. §. fin. d. Donat.* Et si species quædam iniquitatis subest, revera iniquitas non est, si publico bono recompensatur. *Clapm. d. arcan. rerum publ. cap. 4.* Sapienter dixit vir ætate sua omnium sapientissimus Cato senior: Nulla lex satis commoda est, id modò quæritur, si majori parti & in summa prodest. *Liv. lib. 34. histor.* Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publicâ rependitur. *Tacit. 4. annal.* à Justitia in parvis rebus non nunquam abeundum, si salvam eam in magnis velimus *Plutarch.*

XXXIII. Inter istius utilitatis Causas præcipua ferè hæc ponitur, Ne Hosti ad Commeatum aut prædam aliquid reliqui sit. *Damit es der Feind nicht betomme/vnd sich damit verstärcke/vnd ihnen Schaden zusage.* Idcirco bellicum hoc Consilium passim laudatur, ubi locum amplius tueri non licet eum devastare ne Hosti proficiat. Boni enim Imperatoris est Hostium copias undiq; accidere. *Procl.* Quæ res exemplo antiquitatis non caret: Alexander M. conqueritur Omnia aut ipsos aut hostes populos, per solitudines vastas, etiamsi nemo insequi volet, euntes fame atq; inopiâ debellari posse. *Curt. lib. 3. pag. 29.* Sic Arsaces salubre consilium serò exequi statuit. Igne ferroq; Ciliciam vastat, ut Hosti solitudinem faciat, quidquid usui esse potest corrumpit, sterile ac nudum solum, quod tueri nequibat relicturus. *Curt. lib. 3. pag. 27.* Urbi Tarson ignem subjecere Persæ, ne opulen-

pulentum oppidum Hostis invaderet. *Curt. ib. pag. 28.* omnia perdunt ne in regione vastâ & invicem â suis & Hoste vexata sufficerent alimenta. *Curt. ib. p. 34.* Ita Mazæo mandatum, ut regionem quam Alexander esset aditurus, popularetur aut ureret, quippè credebatur inopiâ debellari posse, nihil habentem nisi quod rapiendo occupasset. *Curt. lib. 4. pag. 67.* tota regio recenti incendio fumabat, quippè Mazæus, quæcunq; adierat, non secus ut Hostis urebat. *Curt. ibid. p. 68.* Cum Darius terras ureret, vicos excinderet, alimenta corrumpere, consilii dubius & mei potens non eram, conqueritur. *Alex. M. ap. Curt. lib. 4. pag. 78.* Vastatione affligendos Hostes docet. *Liv. dec. 1. lib. 2. p. 66.* Volsci postquam spes tuendi exigua erat, sublatis rebus noctu oppidum incendunt. *Liv. dec. 1. lib. 4. pag. 193.* Romani expedito agmine ad populandos fines incedunt, omnia ferro, igniq; vastantur, prædæ undiquè actæ, ut solum vastum hosti relinquatur castellis etiam vicisq; illatus ignis. *Liv. dec. 1. lib. 10. p. 406.* Saguntini prædam de industria corrumpunt ne hostis accipiat. *Liv. dec. 3. lib. 6. pag. 237.* Annibal, ad spolianda ea quæ tueri nequibat, ut vastata hosti relinquerentur, inclinavit. *Liv. dec. 3. lib. 6. pag. 237.* Fabius edicto proposito edixit, ut quibus oppida castellaq; immunita essent, in loca tuta commigrarent: ex agris quoq; uti demigrarent omnes regionis ejus qua iturus esset Annibal: tectis prius incensis ac frugibus corruptis, ne cujus rei copia esset. *Liv. dec. 3. lib. 2. pag. 51.* Astopenfes pretiosissima rerum suarum exurunt, ne irato Hosti quid relinquunt. *Liv. dec. 3. lib. 7. pag. 316.* Philippus Macedonum Rex, quod ipsi facienti acerbum erat, è terra mox futura hostium omnia rapiebat. *Liv. dec. 4. lib. 2. p. 41.* Cappadoces, domos quisq; suas cum omnibus copiis incendunt ne hostis victor accipiat. *Justin. lib. 13. p. 105.* Mithridates frumenta quæ asportari poterant abstulit, cætera penitus avertit, ne Lucullus instans acciperet. *Appian. d. bell. Michrid. pag. 1053.* Pompejus Commeatum & quidquid reliquie rat igne corrumpit ne Cæsar accipiat. *Appian. d. bell. civil. lib. 2. p. 187.* Antiochus maximè culpatur, quod Chersoneso relicto, arma commeatum, &c. igne non absumpserit, sed omnia integra Hosti reliquerit. *Appian. d. bell. Syr. p. 361.* Vercingetorix longè alia  
ratione

ratione bellum gerendum, atq; antea sit gestum docet: omnibus modis huic rei studendum, ut Populationibus & Commercio Romani prohibeantur, id esse facile, quod Equitatu ipsi abundant, & quod anni tempore Publevantur pabulum secari non posse. Idcirco salutis causa rei familiaris commoda negligenda, Vicos atq; ædificia incendi oportere. *Cæs. d. bell. Gallic. lib. 7. circ. med.* Sic sua urunt Bruçteri. *Tacit. 1. annal. pag. 36.* & quæ plura ex Historicis adduci possent.

XX XIV. Similiter, quando propter continuas velitationes arma & equi facti sunt inutiles, ut servitia illis præstari non possint, ne hostes occasione sumpta irruant, solent sæpè Imperatores belli (cum periculum sit in mora) privatae authoritati militum id concedere, ut arma & equos provincialium, ubicunq; inventi fuerint, impune auferre, & iisdem se instruere possint. *Auff daß sich der travailirte Soldat wiederumb retraischiren, montire vnd beritten mache.* Annibal post labores in superandis Alpibus exantlatos, quietem militibus dedit ut se reficerent: tempus est inquit vos opulenta ac ditia stipendia facere, & magna operæ pretia mereri tantum itineris per tot montes, fluminaq; & gentes armatas emensos. *Liv. dec. 3. lib. 1. pag. 28.* Sic Servilius Consul prædam concedit, ut recreetur egens miles. *Liv. dec. 1. lib. 2. pag. 72.* Cæsar milites diutina fame maceratos direptione Gomphi recreat. *Appian. lib. 2. d. bell. civ. pag. 196.* Excusat hoc in Subditis supereminens Dominium quod summa Majestas in bona Privatorum habet. *Vasq. lib. 1. controu. ill. cap. 5. pr. Castr. lib. 1. cons. 229.* Cum enim legibus sit soluta plerumq; ob bonum publicum contra Jus ac Leges aliquid facit. *Besold. in synops. lib. 1. cap. 1. concl. 26 27. 28. 29.* Est hoc juris extraordinarii ut statuere possit bono publico contra Jus Commune, ac etiam contra privatorum Utilitatem, ut Totum conseruetur. *Besold. cit. loc.* nec decet objecturas domesticas (ut ap. *Thucid. lib. 2. p. 162. Pericles ostendit*) Reipubl. salutem deferere. Reipubl. enim privatas singulorum calamitates sustinere potest, singuli vero publicas non item, idcirco convenit universis ipsi opem ferre. *id. ibid.* Reipubl. incolumis & privatas res facile salvas præstat, publica perdendo tuam quid-

quidquam fervens. *Liv. dec. 3. lib. 6. pag. 236.* idcirco id quod molestiam affert, ab unoquoq; quidem statim sentitur, sed communis utilitas, quæ adhuc est in residuo nondum patet. *Thucid. cit. loc. pag. 163.* & Civitas cujus Universus Status manet erectus, majorem utilitatem privatis hominibus affert, quam si singulorum Civium felicitate privatim floreat, ipsa vero universa jaceat afflictæ. *id. pag. 161.* Debet quidem semper in rectè ordinato statu dominari illa suprema Ratio, quæ suum cuiq; tribuit, sine alterius injuria, sed multò magis, quæ Rempubl. salvam esse vult, quæ Universorum Utilitati Civium consulit ne dum privata tuetur, publica dilabantur & pereant. *Baud. d. ind. lib. 3. p. 351.* Sic etiam ob penuriam pecuniæ in bello, suadet Pericles, res sacras ob utilitatem publicam tollendas & impendendas esse. *Thucid. lib. 2. pag. 127. Liv. dec. 3. lib. 2. pag. 83.* & quæ alia hoc prætextu sæpè fieri experientia & Historiæ docent.

XXXV. Verum ut ut tempora Reipubl. obtentui sumantur. *Tacit. i. annal. pag. 8.* tamen videmus prohi dolor hæc atq; talia admitti odio magis, quam prudenti ratione, ut ad eò *raison d'Etat* & Ratio Status, in istis casibus per quam periculosa vox sit, *Mons. d. la Brigu. en liur. d. la raison d'etat.* de qua J Ctus Germaniæ nuper effatus

Stulta Statûs Ratio, vani Reputatio honoris

Cuncta hodie evertunt, regna, trophæa, domos.  
Et *Paruta in soliloq. fol. 496. ait.* In questo corrotto seculo, concerno vano nome, di ragion di stato, si vanno spesso perturbando, è confundendo le cose humane e le divine. *Trajan. Boccac. cent. 2. ragg. 87.* fermè enim evenit, ut causæ illæ svadentes cessent aut ut aliæ sint validiores quæ dissvadeant. Non igitur semper, nunquam nisi timide hæc Ratio adhibenda. Abnormis certè esset Medicus, qui indifferenter omnibus morbis unum venendum aptare, aut statim ab ustione & sectione incipere vellet, cum hoc non nisi in morbis extremè & desperatè malis consultum: Sic etiam hac Ratione non utendum, nisi cum frustra tentatis omnibus remediis, non nisi in hac Ratione spes subest. Cum autem Ratio Belli nihil aliud sit, quam notitia mediocum & Consilio-

rum,

rum, ad illud ipsum fundandum, conservandum & ampliandum. *Boter. de rat. stat.* hæc autem media & consilia, nisi bene & accurate perpensis viribus partis adversæ, applicari non possunt, omnino in robur & consilia Hostis accuratè inquirendum. Tuum & Hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosce, inquit. *Liv. dec. 3. lib. 2. p. 70.* Pulchrum in Annibale elogium, Omnia ei Hostium haud secus, quam sua nota erant. *Liv. cit. loc. p. 73.* per præmissos quippe exploratores certum habuit, exercitum Romanum circa Arretij mænia esse: Consul deinde Consilia atq; animum, & situm regionum, Itineraq; & copias atq; com meatus expediendos, & cætera quæ cognoscenda in re erant, summa omnia cum cura inquirendo, pervestigabat. *Liv. dec. 3. lib. 2. p. 45.* Dux vigilans, sobrius, prudens, tanquam de civili causa inter partes judicaturus, adhibito consilio de suis & adversarij, copiis judicare debet. *Veget. lib. 3. c. 9.* Quod si jam his ita examinatis, Hostem viribus nobis superiorem ut impetum ipsius sustinere diffidamus, & simul ferocem esse, constet, ut cum Pompejo jurare ausit se non nisi Victorem in castra rediturum. *Cæs. d. bell. civil. lib. 2. p. 343.* ut amplius non de ratione belli cogitet, sed vicisse sibi jam videatur. *id. ib. p. 333.* nec qua ratione superare, sed victoriâ uti velit, sollicitus sit. *ib. pag. 341.* & idcirco aciem educat, & pugnandi copiam faciat. *Liv. dec. 3. lib. 2. p. 84.* & subinde ad prælium provocet. *Flor. lib. 4. cap. 4.* quæ Ratio suaderet cum tam temerario Duce prælio congredi, & tot annorum felicitatem in unius horæ discrimen dare. *Liv. dec. 3. lib. 10. p. 407.* Quin potius ne tendæ moræ, ut inopia com mea tuum ardentissimi Ducis consenescat impetus: *Flor. lib. 4. cap. 2.* Cum Fabio edicendum ut omnia tecta incendantur, fruges corrumpantur, ne ipsi cuiquam rei copia sit. *Liv. dec. 3. lib. 2. p. 51.* Mox videbimus nihil ipsi tam defuturum, quam multitudinem. *Curt. lib. 3. p. 84.* laborabit propriis viribus & in vexata regione seipsum consumet. *Curt. lib. 5. p. 103.* nihil habens quam quod rapiendo occupaverit. *Curt. lib. 3. p. 90.* Ita se res habet una hæc Ratio belligerendi in tali casu est, nec eventus hoc modo docet, stultorum ille magister est, sed eadem Ratio quæ fuit, futuraq; do-

H

nec



nec eadem res manebunt, immutabilis est. *Liv. dec. 3. lib. 2. p. 71.* Annibal, quanquam parte dimidia auctas hostium copias cernebat, tamen adventu Consulum mirè gavissus. Non enim solum nihil ex raptis com meatibus supererat, sed ne unde raperet quidem quidquam reliqui, omni undiq; frumento in urbes munitas convector, aut corrupto, ut vix decem dierum frumentum superesset. *Liv. dec. 3. lib. 2. p. 73.* Sic Vercingetorex, ob id, quod Romani equitatu & multitudine abundabant, huic rei studendum docet, ut Pabulationibus & Com meatu prohibeantur. *Ces. lib. 7. d. bell. gallic. circ. init.* Si igitur Hostis robur in multitudine consistat, nos ad prælium impares simus, nec alia media ipsum dimovendi adsint, jam unica Ratio est omnia rapiendo, & vastando Vim ipsius enervare, & ad sui ipsius consumptionem perducere.

XXXIV. Feliciter magis hac Ratione (2.) Belli Dux uti potest, si ab ipso omnes munitæ Civitatis præsidii septæ & firmatæ sint, nec Hostis tutum & munitum locum habet. In Italia inquit supra citatus Fabius, bellum gerimus, in sede ac solo nostro. omnia circa plena Civium ac Sociorum sunt, armis, viris, equis, com meatibus juvant, juvabuntq; id jam fidei documentum in adversis rebus nostris dederunt. Meliores, prudentiores, constantiores, nos tempus diesq; facit. Annibal contra in aliena, in hostili est terra, neq; mari est pax: nullæ urbes eum accipiunt, nulla mænia: nihil usquam sui videt, in diem rapto vivit. Partem vex tertiam exercitus ejus habet, quem Iberum amnem trajecit: plures fames quam ferrum absumpsit, nec his paucis jam victum suppeditat. Dubitas ergo, quin eum se dendo superaturi simus, qui senes cat indies, non com meatus, non supplementum, non pecuniam habeat? Quamdiu pro Gerionis inopis castelli, tanquam pro Carthaginis mænibus pugnatum est. Vide quemadmodum eum laudificati sumus. *Liv. dec. 3. lib. 2. p. 71.* Vera locutum fuisse, eventus mox ostendit. Annibal quippe in castra rediit. Ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat; novaq; consilia indies non solum apud milites mistos ex colluvione omnium gentium, sed etiam apud ipsum  
Ducem

Ducem oboriebantur. Nam cum initio fremitus, deinde aper-  
tavo ciferatio fuisset, exposcentium stipendium debitum, que-  
rentiumq; annonam primum, postremò famem: & mercena-  
rios milites, maximè Hispani generis, de transitione cepisse  
consilium fama esset, ipse etiam interdum Annibal de fuga in  
Galliam dicitur agitalle: ita ut relicto, peditatu, omni cum equi-  
tatu se proriperet. *Liv. dec. 3. lib. 2. p. 74.* Ad tam desperata consilia,  
hæc Ratio, Annibalem adegit, ut etiam Italiam relinquere  
& fuga sibi consulere voluerit.

XXXV. Testatur (3.) præter Historiam quotidiana ex-  
perientia, nulla re magis debilitari exercitum, quam continua-  
tis itineribus, *par marches & contremarches continuelles, qui gastent &  
ruinent les armées tant bien équipées. Antoin. d. la vill. livr. 1. part. 3. chap. 4.*  
In perpetuo itinere autem nulla ratione melius detineri potest,  
quam si direptis & in censis urbibus, corrupto omni frumen-  
to & segetibus victum quærere cogatur. *Polyb. lib. 17.* Commo-  
dissima belli Ratio est movendis castris pluribusq; adeundis  
locis, ut commodiore re frumentaria uteretur, insolitum ad  
laborem exercitum quotidianis itineribus defatigare. *Cæs. d. bell.  
Civil. lib. 3. p. 324.* Annibal in transitu, duas partes equitum, pedi-  
tumq; amisit, quæ fame perierunt. Qui supersunt, effigies &  
umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, spualore enecti, con-  
tusi ac debilitati inter saxa rupesq; ad hæc perussi artus, nive ri-  
gentes nervi, membra torrida gelu, quassata fractaq; arma:  
claudi ac debiles equi, reliquiæ extremæ hostium non hostes.  
*Liv. dec. 3. lib. 1. p. 26.* In victum Alexandrum M. & indomitum ar-  
mis, nulla proelia ita debilitaverunt, quam cum difficultate an-  
nonæ & difficultate viarum pressus fuit. *Curt. passim lib. 8. 9. p. 234.*  
per vastas solitudines euntes, fame atq; inopiâ debellantur.  
*Curt. lib. 3. p. 82.*

XXXVI. Porrò optime hac ratione præcaveri potest,  
ne (4.) Hostis, munitum quendam locum, arcem belli *Liv. dec. 3.  
lib. 6.* ex qua nos affligere possit. *Thucid. lib. 6. p. 574. lib. 7. p. 610.* occu-  
pet. Quantum in commodi ex Decelea senserint Athenienses,  
*Thuc. cit. loc.* summa cum prudentia narrat. Civitatibus maxima  
laus est inquit *Jul. Cæs. d. bell. gallic. lib. 6.* quam latissimis circum se

vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium Virtutis existimant, neminem propè se audere consistere; simul hoc se fore tutiores arbitrantur, in cursionis timore sublato. Optima sane RATIONE; Scimus ad obsidionem suscipiendam multa necessaria esse, quæ in vastata regione haberi nequeunt. Vetus atq; usitata res est in oppugnanda hostium urbe, labores ac pericula pati. *Liv. dec. 3. lib. 6. p. 216.* hinc *magnorum exercituum cœniteria*, militari proverbio obsidiones indigitantur. *Besold. d. art. bell. cap. 7. concl. 7.* non impetu potius, quam perseverantia bella geruntur, quæ in omni quidem genere militiæ, maximè tamen in obsidendis urbibus necessaria est, quarum plerasq; munitio- nibus ac naturali situ inexpugnabiles, fame sitiq; tempus ipsum vincit, atq; expugnat. *Liv. dec. 1. lib. 5. p. 206.* coguntur milites in re tam lenta pati tædium, & quamvis seræ spei exitum expectare, & si non ætate perfectum bellum hyemem operiri nec sicut æstivas aves, statim autumno tecta ac recessum circumspicere. *Liv. cit. loc. pag. 205.* Quomodo ja. in nuda regione tempus præstolari potest: Cito Obsidentibus deerit Commeatus, & Consilium. Incipiat in regione bello ex hausta, ubi non incolas suos urbes, non cultoret habent terræ obsidionem. *Curt. lib. 4. circ. fin.* tem. ere inceptam; relinquere cogetur. Certe experientia docet, verum esse quod *Livius scribit*, in regione vasta nullam spem non potiundi modo, sed ne adeundi quidem mænia animos hostium capere, tecta procul visa & imminetia propugnacula, aversura mentes eorum, totis castris fremitum oriturum, quid in vasto, desertoq; agro, inter tabem pecorum hominumq; desides se ipsos tererent, quin potius signa convellerent & in alios agros transfirent. *dec. 1. lib. 3. p. 107.*

XXXVII. Suburbia (s) sylvas, ædificia hortos, & quidquid ante Civitatem Hostem vel tegendo, vel defendendo usui esse potest, ut corrumpamus, & vastemus Ratio Belli dicitur. Imò & Ecclesias à la portée de un canon diruere licet. *Luc. d. Penn in l. S. divin. C. d. exact. tribut. Roland. à Vall. conf. 1. n. 75. vol. 2. ne hostibus adjumento sint, ac Civitati offensionem.* *Geil. observ. 56. n. 18. D. David Mev. disc. d. met. ar. concl. 23. lit. 1.* Duæ enim maximè res obsessis nocent  
Hostem

Hostem juvant, Summitas & opertura etne höhe vnd eine decke.  
*Besold. d. art. bell. cap. 8. p. 7.* Hæc si possunt removeantur. Sic Pompejus, ut oppidi Varianões oppugnationem tutiorem efficeret, omnem materiam circum oppidum succissam intro congescit.  
*Cæs. d. bell. Hispan. in fin.* Lughnanum nunquam antea expugnatum, Protestantes Anno 1569. occupaverunt hoc solum compendio, quod obsessi montem dumetisconlitum, non removerant. *Thuan. lib. 24.* Nihil hic det Belli Dux Civium querelis; intempestiva misericordia est, quæ securitati publicæ nocet. *Besold. d. art. bel. cap. 8. t. 7.*

XXXVIII. Maximè autem (6) Utilitas hujus rationis apparet, quando ob nimium Hostium robur retrocedere cogimur, wann wir uns retiriren müssen/ tunc enim omnia vastanda, tum ne Hostis accipiat, tum ut difficultate annonæ pressus nos insequi non possit. Sic Pleuratus & Aputeus transgressi jugum Scordi montis, per Illyrici solitudines, quas de industria populando Macedones fecerant, ne transitus faciles Dardanis in Illyricum aut Macedoniam essent. *Liv. dec. 5. lib. 3. p. 78.* Et de hoc casu ut plurimum Historici in supr. concl. 32. allegata loquuntur. Ignoscendum enim est ei, qui Statum quavis Ratione conservare voluit. *Griphind. d. arc. am. rerump. th. 23.*

XXXIX. Verum Sociales Deos, *Liv. dec. 4. lib. 1. p. 19.* fidem federis. *Cæs. d. bell. Gallic. lib. 7.* Jura hospitij, inittä societatis, fas, fidem dextras, Deos testes, atq; arbitros conventorum implorari audio. *Liv. dec. 3. lib. 9. p. 361.* specie quidem juvandi Socios, re autem sollicitante præda. *Flor. lib. 2. cap. 2.* hanc Rationem obtendi, Satius esse ab Hoste deprædari, à quo se hostilia passum nemo indignetur, *Liv. dec. 5. lib. 6. p. 232.* belli hæc esse jura. *Liv. dec. 4. lib. 1. p. 19.* à Sociis si fiat graves & indignas injurias. *Liv. dec. 3. lib. 9. p. 335.* parum interesse hostis an rex mea rapiat, si æquè fame pereos, peregrinus an Civis horreum meum evertat, cellam exhauriat, domum diruat, si æquè esurio, & contabesco. *Brut. in vindic. contr. tyr. c. 3.* Es sey gleich ob mich ein Fremder oder Feind beraubet wenn ich nur das meine quiet werde. *compilat. relat. Stralsund. cap. 8. p. 60.*  
Videndum ne remedia morbis ipsis tristiora adhibeantur, an

Socij tali infortunio digni, & an salva conscientia, innoxii & miseri provinciales, tantis injuriis militum exponendi. *Appian. lib. 5. d. bell. civil. p. 531.* Prudentem belli Ducem, antequam ad talia extrema procedat, expendere debere an etiam rebus suis expediat. Omnes qui magnarum rerum consilia suscipiunt, æstimare debere, an id quod inchoatur Reipubl. utile, ipsis gloriosum effectu fuerit. *Tic. 2. histor. p. 492.* Sic olim præcipitem in avaritiam & crudelitatem Annibalem, ad spolianda ea, quæ tueri nequibat, ut vastata Hosti relinquerentur, inclinasse. Id sædum consilium cum incepto, tum exitu fuisse. neq; enim indigna patientium modò ab alienatos animos, sed cæterorum etiam, quippe ad plures exemplum, quam calamitatem pertinuisse. *Liv. dec. 3. lib. 6. p. 237.* Rationem belli ad illud conservandum adhiberi, non minimum autem labefactari si Socij deficiant, idcirco videndum an etiam Utilitas illa majori damno pensetur. Sic olim Ætolos à Messeniis desertos. *Polyb. lib. 4.* Athenienses quamdiu se æquos & moderatos præstiterint multos Socios, eorumq; opera imperium in mare adeptos. *Thucid. lib. 1. p. 74.* Postquam autem in Mytileneos. *Thucid. lib. 3. p. 132.* & Scyoneos. *id. lib. 4. p. 348.* gravius consultum, omnes defecisse, adeò ut in maximas angustias fuerint redacti. Item, hac vastatione rarefcere Contributiones, quibus sublatis bellum geri non posse: non enim quietem gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine subutis haberi. *Tacit. 4. histor.* imò, desolutionem totius belli sequi, si fructus, quibus Respubl. sustinetur, diminuuntur. *Tacit. 13. Annal. p. 301.*

XL. Hæc licet speciosè dicantur, tamen ex duobus malis id, quod minimum est, aliquando eligitur. *Græph. d. arc. an. polit. th. 12.* & hæc Ratio unicum finem Reipubl. salutem habere debet. Certissimum quippe est nihil hac ratione ad belli conservationem profici, nisi bono fine, summaq; urgēte necessitate adhibeatur. Propter Necessitatem autem, & bonum publicum, commoda privatorum negligi posse, jam supra pluribus demonstratum. Medici graviores morbos asperis remediis curant, & gubernator, ubi naufragium timet, jactura quidquid servari non potest, redi-

redimit. *Curt. lib. 5. circ. med.* Nec quærelæ privatorû admittendæ. Tantum isti ex publicis malis sentiunt, quantum ad privatas res pertinet, nec in eis quidquam acrius, quam pecuniæ damnum itimulat. *Liv. dec. 3. lib. 10. in fin.* dum autem singuli sibi consulunt, publicæ res amittuntur. *Fam. Strad. lib. 8. p. 574.* Ridet istam inertiam in Carthaginensibus Annibal, nunc, inquit, quia tributum ex privato conferendum est, tanquam in publico funere complo-ratis, quam vereor, ne propediem sentiat, in levissimo malo vos hodie lachrymasse. *Liv. dec. 3. lib. 10. in fin.* Rationem belli aliquando postulare, ut odium spernatur, docet decus seculi nostri *Fami in. Strad. in histor. belg. lib. 7. p. 561. seq.* Misere animi saltem, inquit *Cato ap. Sal. in conjurat.* næ ista vobis mansuetudo & misericordia, in miseriam vertet. Tradamus etiam Hosti plenam regionem, & num sponte sua cessurus sit experiemur. Peccavit in eo ipse Alexandri M. judicio Darius: quod ancipitis prælij aleam (experiri, quam vastatione propriarum ditionum, om-  
m ē victualium copiam adimere hosti voluerit. *Plutarch. in Alex-  
an. lib. f. 173.* Sed coangustanda est hæc Ratio limitibus quibusdam.

XLI. Et quidem cum fundamentum hujus RATIONIS, in Consumptione Hostium consistat, ut inopiâ Commeatum, vel ad Deditionem, vel Retrocessum cogantur. Semper hæc duo copulativè concurrant necesse est, Hosti nocere, & quidem ita, ut istud damnum magnum aliquod momentum, ad Statum ipsius subvertendum, nostrum autem conservandum & stabi-  
biliendum afferat. Hoc enim nisi verisimiliter ex Circumstan-  
tibus, nostro robore & alijs adminiculis eatenus colligi possit, ut certò credamus ista Vastatione finem nostrum nos adsecuturos esse, frustra Ratio Belli & Status allegatur, merum odium est & præceptum injuria, quæ innoxijs & miseris Provincialibus infer-  
tur. Ob id enim solum, ne Hostis accipiat, ad omnia vastanda & auferenda inclinare, nisi Consumptio Hostis annexa, jam calida ista Consilia omninò obominor. Justitiam quippè, quam in bello Generales & Duces observare tenentur, aut Ho-  
stem respicit aut Summam Potestatem ad quam bellum perti-  
net cui quodammodo Socij aut Amici complexi, quatenus sc.  
in

in communi causa eos commune & periculum & commodum  
conjungit. Hosti eripi possunt possessiones rerum omnium,  
quæ bellum alere possunt, aut ad statum ipsius taliter qualiter  
servandum faciunt, sive eæ sint Civitatis Hostilis, etiam Singu-  
lorum sive nocentium sive per se innocentium, *supr. concl. u.*  
adeò ut si illud non faciamus & rebùs ipsius parcendo, ille ijs  
adjutus nobis damnum atulerit, nos in ipsam Belli rationem  
peccasse videamur. Et tunc, in solo sc. hostili rectè usurpatur  
illud Hosti nihil relinquendum; Adversus summam Potesta-  
tem ipsam autè & federatos hoc aliter justum esse nequit, nisi ut  
supra dictum, gravissimà Necessitas & justa Causa id est Sum-  
ma Utilitas hoc suadeat. Si igitur jam ista Causa non adsit, eadem  
etiam Ratio adhiberi nequit sed contraria adhibenda Consilia,  
quorum deinde contrarij eventus. Quod ipsum jam evenit, Pri-  
mò si Hostis aliunde habeat, unde se sustentet, puta si Mare, si  
fines alij pateant, si Vicini Neutrales adsint, neq; spes sit Hostem  
sponte ex occupatis locis discessurum, aut vidimoveri & ejici  
posse. Hoc certè casu utilius est, remittere iram belli & Hosti  
aliquid relinquere quam populari terram, quam à Populatio-  
nibus vindicare deberemus. *Curt. lib. 3. p. 28. nam quod Flor. lib. 4.*  
*cap. 2. de Cæsare Pompeij castra obsidente dicit quid obesset his*  
*obsidio, qui patente mari omnibus copijs abundarent, idem*  
*etiã obtinet, si ipsis terrã aut ex alijs locis finitimis subsidia mitti*  
*possint. Appositè ad rem facit quandò Archidamus ap. Thucid.*  
*Lacedæmonios suos à bello in Athenienses dehortatur, quas*  
*belli gerendi spes habeant, quærit: an fortè quod militum copia*  
*valeant & hominum multitudine illos superent, sperent a-*  
*grum Atticum facilè à se vastari posse? atqui, inquit, habent illi &*  
*terras alias suæ ditionis Thraciam & Joniam, ac maritimis ad-*  
*vectionibus adipisci possunt ea quorum indigent, nam nisi aut*  
*classe simus superiores, aut illorum vestigia, unde classem*  
*alunt, subtrahamus, plus damni capiemus quam dabimus d. bell.*  
*pelaponn. lib. 1. p. 62. 63. seq. Idè etiã est si ex Principis Vicini regione res*  
*necessarias habere possit. Totum nostrum bellum, inquit Scipio*  
*Africanus, in voluntate Philippi vertitur, qui si imperio nostro*  
amicus

amicus est, & iter & commeatus, & omnia quæ longo tempore exercitus alunt, jvantq; nobis suppeditabit, si is destruat, nihil per Thraciam satis tutum habemus. *Liv. dec. 4. lib. 7. p. 186.* Nec interest an ex alijs locis majori impendio & difficultatibus ipsis aliquid subvehatur; nisi n. difficultates istæ eò se extendant, & tam graves sint, ut Statum ipsius verisimiliter everfuræ sint non video quæ Ratio dicter tam gravissimo amicorum, Subditorum, vel Sociorum malo ipsi ab hac parte solitudinem facere.

XLIV. Secundo hæc RATIO injustè allegatur, si eæ res corrumpantur, quæ ad bellum gerendum aut finiendum nihil momenti habent. His enim rebus etiam manente bello parci Ratio vult. Digirum hanc in rem leges Romanæ intendunt, quando Hostibus & alienigenis Barbaris, loricas, scuta, & arcus, sagittas, & spathas, & gladios vel alterius cujusq; generis arma, tela, ferrum factum vel infectum, vendere prohibent, cum perniciosum & proditioni proximum sit, Hostes quos indigere convenit, telis eos, ut validiores reddantur, instruere, *l. 1. z. C. qu. res export. non deb. & ib. in not. Gothofr.* Dum igitur ea quæ in bello usum habent prohibent, quæ ad Voluptatem & pompam faciunt, concedunt, quo sensu etiam Icti in *l. 2. pr. & l. 4. d. capt. & postl. revers.* inter naves bellicas & actuaras voluptatis causa paratas, distinguunt. Si igitur jam tales res ultrò ipsis advehi concessu multò minus in regione socia & amica istæ corrumpendæ & hoc prætextu ne Hostis ijs utatur, rapiendæ & deformandæ: Et quidem ut de rebus mobilibus Hosti subministrandis jam nihil dicam cum omne Commertium ex ratione bellum cum Hostibus debeat esse inter dictum & severè prohibitum, de ijs rebus saltem sermo erit, quæ in loca tuta referri non possunt, sed in regione occupata remanent. Generalem Regulam tradit *Polyb histor. lib. 5. p. 325. seq.* Rabiosi, inquit, esse animi ea perdere, quæ nec Hosti perdita vires adimunt, nec perenti emolumentum adferunt; Quænam a. ea sint, paulò post subjungit. qualia, inquit, sunt templa, porticus, statuæ. nam quæ neq; nobis ad bellum futura sunt usui, nec hostibus incommodamra, ea ire perditum templa maximè, & quæ in ijs simulachra & si-



& similia ornamenta, quis neget malæ mentis, & præ ira furibundi esse opera. Licet enim hæc publica suo modo sint, atq; adedò impune per jus Gentium violentur *infr. disc. 3. Besold. d. ars. jur. bell. cap. ult. sect. 21.* tamen si nullum inde periculum sit conservari talia ædificia & quæ eis accedunt, svadet rerum divinarum reverentia inter eos maximè, qui eundem Deum ex eadem Lege volunt, etsi fortè sententijs quibusdam, aut ritibus inter se diffideant. *Hug. Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3. cap. 12. sect. 6.* licet hodiè acuantur bella à religionis cote, & quæ in exteris Hostibus dissimulantur apertis odijs pertinaciter usurpantur. *Fam. Strad. d. bell. bellg. lib. 1. circ. init.* Inter Græcos olim jus fuit, ut qui in hosticum impetum facerent, à locis sacris abstinerent. *Thucid. d. bell. peleon. lib. 4.* Alba à Romanis diruta Deum templis temperatum. *Liv. dec. 1. lib. 1. p. 31.* Gothorum reverentiam erga templa & ædes sacras deprædicat. *Aretin. lib. 1. p. 61. lib. 2. p. 69.* Quod si jam belli Dux ædes sacras, & in ijs inventa ornamenta & religiosa prætextu hujus Rationis corrumpere & auferre velit, nihil nisi avaritiam suam prodet. Aliter olim sensere Romani cum Fulvius Flaccus Censor ædi Junonis Lacinia sacrilégas manus adhibuisset, & sociorú templa detexisset: ita enim Senatus censuit ipsum templum augustissimum ejus regionis, quod non Pyrrhus, non Annibal violassent violare parum habuisse, nisi detexisset foedè ac propè diruisset. Detractum culmen templo, nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum, Censorem moribus regendis creatum, cui facta tecta exigere sacris publicis, & loca tuenda more majorum traditum esset, eum per sociorum urbes diruentem templa, nudantemq; tecta ædium sacrarum vagari. Obstringere religione S. R. ruinis templorum, templa ædificantem tanquam non iidem ubiq; Dij immortales essent sed spolijs aliorum, alij colendi exornandiq;. Omnes deniq; in eam sententiam ierunt, ut hæc regulæ reportandæ in templum locarentur, piaculariaq; Junoni fierent. *Liv. dec. 5. lib. 2. p. 23.* Sic cum à Lucretio & Hartensio Chalcidensium templa omnibus ornamentis compilata, spoliataq; sacrilegijs fortunæ sociorum P. R. direptæ & quotidie dirèpiebantur, à

tribunis

tribunis plebis ipsi idcirco dies dictus. *Liv. dec. 5. lib. 3. p. 70.* Quod  
ipsum & in alijs locis religiosi & pijs, in quibus pietatis opera  
exercentur. *Abb. in cap. 1. d. ijs d. testam.* obtinet, ijsdem enim privi-  
legijs fruuntur. *Anchor. cons. 192. n. 3.* quorum speciem referunt  
Hospitalia Pauperum quæ pia loca dicuntur. *Clem. 2. ib. Anchor.*  
*d. religios. dom. Bald. in l. orphanotroph. d. Episcop. & Cleric.* Uti etiam  
in omnibus ædificijs publicis *Baltzarant. d. ædific. publ. lib. 3. cap. 7.*  
*n. 13. Lun. C. d. palat. & dom. Princ.* etiam privatis, quibus quantum  
maximè fieri potest etiam parci debet. Hinc Senatus de Fulvio  
Ellaco, *ap. Liv. dec. 5. lib. 2. p. 23.* censet, indignum idvi-  
deri si in privatis sociorum ædificijs faceret. Timotheus Athe-  
niensium Dux *narrantur Polyano* non patiebatur aut domum aut  
villam dirui. *Marcellus laudante Cicerone* ædificijs omnibus Syra-  
cusarum publicis & privatis ita pepercit, quasi ad ea defendenda  
venisset. E contra Philippus maximè culpatur, quod in ædificia  
favierit. *Polyb. histor. lib. 5. p. 324.* Obtinet hoc si damnum exinde  
non metuatur; Secus enim est si tam vicina sint Civitati ut ho-  
stibus adjumento nobis offensionem sint, hanc enim ob causam eas  
diruere & etiam templa diluere licere. *Luc. d. Penn. in l. si diruin. C. d.*  
*exact. tribut. Roland. à Vall. consil. 11. n. 75. v. 5. 2. licet. supr. concl. 35.*  
*dictum.* Sed an illud etiam in Molis obtineat? Tuentur illas ut  
plurimum leges militares à vi & injuria. Recessus Imperii dis-  
ponunt. *Es sol keiner kein Pflug berauben/ noch Mühlen/ noch Back-*  
*offen/ vnd was zu gemeiner Nothdurfft dienlich/ es sey bey Freunden*  
*oder Feinden/ ohn Erlaubniß beschädigē/ vnd zerbrechen bey Leibesstraf.*  
*Fußnechts Bestall zu Speyr Anno 1570. artic. 52. Jus Svecicum*  
*statuit. artic. 77. Keiner sol sich vntersehen in Schuelen vnd Mühlen*  
*Feur anzulegen/ wie auch Backoffen oder einig Hauß so im Krieg*  
*dienstlich seyn kan/ wer darwider handelt sol als ein Mordbrenner am*  
*Leben gestraffet werden. Rex Daniæ sancit artic. 28. Es sol keiner die*  
*Mühlen oder Mühlenwerke sich vntersehen zu verstorē/ oder zuver-*  
*derben bey Leibesstraff. It. im Ritterrecht artic. 41. Es sol keiner Müh-*  
*len/ vnd was sonst zum Braven vnd Backen gehöret/ vnd im Kriege*  
*verbotten/ anstecken. Hollandi severe jubent artic. 14. Es soll*  
*auch niemand einige Wassermühle niederwerffen vnd verderben/ alles*  
*bey*

bey Leibesstraffe. ub. *Petr. Papp. in nor. lit. b. addit molam* corrumpens de omni jure, ut homicidam puniri, quo etiam respicit *compilator relationis Stralsundens. p. 109.* quando VValsteinium contra jus & fas bellicorum hac Civitate Molas incendisse scribit. Quænam ratio istius Privilegij sit, non usquequaq; expeditum. Supra dictum Hostium vires undequaq; accidendas, & eas potissimum res corrumpendas, & exercitui hostili adimendas, quæ ipsi commodum & emolumentum afferunt, quibusq; copiæ hostiles imprimis conservantur & sustinentur, quas inter præcipuæ, propter insignem in bello usum Molæ numerandæ. Puto legislatores hoc privilegio proprii Status rationem habuisse, suam enim quisq; fortunam in consilio habere debet. dum de aliena deliberat. *Tacit. annal. 15.* & hoc spectasse ne Hosti nocendo sibi ipsi solitudinem facerent, quocirca eas res quæ communem in Bello usum habent, conservare voluerunt, ut olim ab Indis agricolæ indemnes relictæ, tanquam in commune utiles. *Diodor. Sicul. lib. 2.* quod ipsum in allegatis textibus fundamentum habet. Ib. Was zu gemeiner Noturfft dienlich. it. Was im Kriege dienlich. Vigorem igitur obtinent suum supradictæ leges, in regione plena, quando uterq; viribus suis confidit, & mediis ordinariis bella geri possunt? Secus autem hoc est, si ad talia extrema, ut hodiè plerumq; bella geruntur, perveniatur, & præsertim si nostra Ratio adhibeatur. Cum enim ipsius fundamentum *ut supra dictum,* in Consumptione consistat, nihil melius ipsius Consumptionem quam ablatio Molarum promovere potest. Idcirco nihil magis vulgare in bello, als dem Feinde die Mühlen ruiniren / & si ex nostra ratione bellum geratur ipsi nihil magis *cum Livio* aptum puto. *dec. 3. lib. 10. p. 404.*

XLIII. Tertio hæc Ratio iniquè allegatur, si ipsi rem fructiferam ita teneamus. ut Hostibus non possit esse in fructu, v. c. si ager munitionibus ita inclusus sit & à nostro exercitu adhuc infideatur, ut Hostis non sine periculo in eum penetrare possit. Suadet ratio belli hos agros summa cura servari debere. Maximæ quippè diffidentia & desperationis specimen est, insimul quod Hosti impares simus, si propria vastare & perdere inci-

incipiamus, si ut *Curt. lib. 4. p. 79. ait.* quidquid non corrumpimus hostium esse profitemur. Sanè cum multa dies tempusq; afferre possit, ut amissa recuperare possimus, turpius nihil, quàm spontè cedere, *ui eleganter ap. Thucid. lib. 1. p. 108. hoc Pericles declarat,* & vastatione propriorum confessionem imbecillitatis edere. *Liv. dec. 5. lib. 2. p. 52. seq.* Ratio igitur quæ Hosti nihil relinquendum dicat, jam aliâ validiori, confessionem sc. imbecillitatis non edendam diluitur. Magnam quippè adhuc de Victoriâ præ se fert fiduciam si manente bello non solum Sociorum, sed etiam Hostium res conservamus, nec perdimus ea, ad quæ possessuri venimus. *Justin. lib. 3. p. 181.* & terram non aliter, quam obsidem nos consere debere, tantoq; meliorem, quanto magis exculta est, quare & plurimum ei parcendum esse *ap. Thucid. lib. 1. suadet Archidamus.* Hinc Gubernatores quando in Civitatibus fidei ipsorum concreditis circumvallati, solent circum circa civitatem sementem facere, *pslegen sie umher der Festung / so weit ein Canonenschuß reicht Korn aufsehn.* Hoc enim ne auferat Hostis, tormentis arceri potest. Tentavit hoc etiam Tribunus Cæsaris *Fra loys de Peruffis* nuperis annis in Griphisvaldia dum hortos & agros vicinos vel ipse consevit, vel ab aliis consitos summa cura conservavit. Hæc igitur quæ à nobis defendi, & ab Hoste non nisi cum periculo, vastari & auferri possunt, melius est conservare, quam hoc prætextu contumpere.

XLIV. Idecirco Quarto antequàm ab utraq; parte ad talia extrema perveniatur, perspiciendum an non remedia & media superpetant, ut etiam agricultura in ipso collimitio tuta maneat. Hoc sub tributo, utriq; parti præstando diu factum in Belgico-Germanico bello, testatur *Gror. d. jur. par. & bell. lib. 3. cap. 12. sect. 4.* Indè non minus commodi ad hanc quam ad illam partem redundabit, nec agrestes & coloni iniquo serent animo, si ex mutuo partium conventu, mediocrem aliquam summam exsolvendo, pacificè ipsis rustico operi incumbere & annuos terræ proventus, sine ullo metu hostilitatis, colligere permittatur. *Baud. d. induc. bell. belgic. lib. 3. p. 419.* Immo in isto Belgico-Germanico bello, ipsos fructus summa cum Ratione & utilitate plerumq;

hosti vendi, testatur ante allegatus Grot. dist. loc. Hinc cum omnes alij Populi bello affligantur. *Comin. in Comment. lib. ult. circ. fin.* Soli Hollandi florent adeo ut Mars per cæteras regiones peregrinari hic sedem fixisse videatur. *Famian. Strad. d. bell. Belgic. lib. 1. circ. init. Baud. d. ind. bell. Belg. lib. 2. & 3. pars.*

XLV. Quinto si Victoria est ambigua, dijudicandū an ob incertum finem ipsi Socij tali infortunio digni, & an miseros Provinciales salvā conscientia tantis militum injuriis exponere possit. Sæpè quippè tale quid est adversus id officium, quod in aliis diligendis consistit, qualem charitatem lex Christiana præscribit. v. c. si appareat talem prædationem nocituram non hostibus præcipuè, sed innocentibus colonis, & quidem adeo ut eos detrusura sit in summas calamitates, quæ im misericordia à Christiano militè maximè fugienda. Quod si ad hæc accedat, ut hæc deprædatio neq; ad finem bello imponendum, neq; ad hostium publicas vires accidendas notabile aliquod momentum habeat, tum vero probo homini, præsertim Christiano, indignus censerī debet quæstus ex temporum infelicitate. *Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3. cap. 18. sect. 4.* Et si secundum Theologos summorum potestatum & Ducum, qui Christianos se à Deo & ab hominibus haberi volunt, officium est violentis urbium direptionibus & si quid his simile est intercedere, ut quæ abire non possint, sine gravissimo multorum innocentium malo, & sæpè ad belli summam parum proficiant, ita ut bonitas Christiana ferè semper, ipsa Justitia plærumq; ab ipsa abhorreat, multò magis id observari debet in Subditis Sociis, & Amicis; quibus peculiari vinculo obstricti & ut eorum commodis studeamus ratio ipsa nos ducit. Variis in Senatu Romano olim certatum fuit sententiis antequam tristis Catonis sententia devicit Carthaginem esse delendam, *Vellei. Paterc. lib. 2.* Carthaginem & Numantiam inquit. *Cicero 1. Officior.* funditus sustulerunt. nollem Corinthū. Si igitur jam Ethnici tam considerate ad talia extrema etiam si status Ratio suasit processerunt, quid nobis Christianis faciendū.

Ultimò

XLVI. Ultimò ut eodè modo, ut in casu Necessitatis maneat obligatio damni refarciendi. Ubi enim dominium aut jus aliud, alicui legitimo modo partum est, id ne sine causa ei auferatur Juris est naturalis. Contra si summa potestas, vel alius faciat, haud dubiè tenetur reparare damnum datum. *de quo supr. concl. 31. pluribus actum.*

XLVII. Unicum superest, ut dispiciam, an sc. Impossibile sit hoc ævo milites in officio continere? Ita putant; hinc palàm voces. *Man könne den Krieg nicht in einem Saacke führen / noch alles in allem im Rauben vnd Plündern an der Schnur haben. Esse hic tot homines, non linguâ, non moribus, non legibus, non vestitu, non habitu, non causa militandi eosdem, Liv. dec. 3. lib. 10. pag. 410. exercitum vario linguis, moribus, cui Cives, Socij externi interessent, diversæ cupidines, & aliud cuiq; fas, nec quidquam illicitum. Tacit. histor. lib. 3. p. 504. his profana omnia quæ illis sacra rursus concessa apud illos, quæ hic incesta. Tacit. histor. lib. 4. p. 597. tot diversa capita autem uni pileo subjungere, & omnes prædas illis prohibere impossibile esse, quò etiam inclinat Auctor des teutschen AnriBruti, dum concludit, esse hos fructus belli civilis, qui secundum Livium magis reprehendi quàm corrigi possint. Liv. dec. 3. lib. 10. p. 406. Verum an hic prætextus sufficiat, dubito. Nam & olim in bellis exercitus ex multis nationibus fuerunt collecti; Annibal multitudine hominum variorum & ex omnibus nationibus mistorum abundabat, ad centum enim quinquaginta millia in armis habuisse creditur. Liv. dec. 3. lib. 1. p. 5. nunquã tamen in castris ipsius ob id seditiosæ voces exceptæ, & prædæ injussu ipsius auditæ, quo nomine ipsum præ P. Scipione felicem prædicat. Polyb. histor. lib. 7. Machiavell. d. Republ. lib. 3. cap. 21. Præterquam autem quod omnium seculorum historia de quo infra contrarium demonstrat, nunquam certè sapientes legum auctores hæc præciperent aut belli Imperatores ad illa servanda juramentis adigerent milites, si hæc impleri posse non crederent. Impossibilium quippè nullam esse obligationem nullum vinculum jura statuunt. Aliud nihil hoc esset quam legibus ludere, imò ipsa perjuria provocare. Conque-*

RITUS

ritur in re simili *Doctissimus Dn. Limnaeus in jur. publ. ubi de Academ. tractat.* Quod Professores alicubi nimis antiqui mores retinentes libertatē Studioforum ad antiquas leges præsertim, quo ad externum habitum in vestitu, crinibus, gladijs gestandis observandas adigunt, quasi vero non omnimittenda potius prævalida & adulta vitia, quam hoc adsequi ut palàm fiat, quibus rebus impares sint, & an illæ profusæ cupidines coerceri possint. *Tacit. annal. lib. 3. p. 28.* Defendi hoc auctoritate veteris moris, ne aliquid antiquitatis penitus immutetur. *S. l. d. Testam* quasi vero non tempori inserviendum, & legum oportunitates ut remedia quæ corporibus adhibentur leniter inflecti possint. *Baud. d. ind. bell. belg. lib. 2. p. 190.* Jam autem omnibus articulis & legibus militaribus, rapinæ illæ & concussiones tam in Hospitijs quam Itineribus severe prohibita, & ad eas servandas milites sacramenti religione adstringuntur, dum erectis digitis ad obedientiam se obligant. In Genere, magnus ille Apostolus inquit, A concussione à calumnijs in quosvis abstinete, contenti estote stipendijs vestris. *Luc. 13. vers. 14.* In Jure Civili præ cæteris hac de re disponit. *Novel. 130. sub rubric. quomod. oportet militibus transitum facere.* Primò à disponit, ut in singulis provincijs, per quas eundem est annonæ ad militum alimenta à Provincialibus conferantur, atq; venientibus distribuantur, juxta modum præscriptum in *d. Novell. 130. cap. 1. 2. 3. & 5.* Deinde jubet *d. cap. 2.* ut milites contenti sint speciebus & annonis in ea quam tenent provincia natis, exoticas non desiderent. Porro vetat gratis aliquid à collatoribus accipere, aut transitus occasione exigere. Præterea in *cap. 6.* severè sancit, ne ductores exercitus in transitu mittant, ad alias Civitates, quam per quam revera transituri sunt, singentes ibi futuram mansionem aut transitum neve eo titulo pecuniam extorqueant. *vi. Dn. David Mey. in tract. d. metat concl. 13. lit. b.* Ab una Civitate in aliam proficiscentes non debent Angarijs, alijsq; expensis incolas gravare. *Nov. 128. cap. 22.* Milites ut aliquid in coena habeant, à provincialibus nihil debent accipere. *ex l. 3. d. erogat. milit. annon. probat Bartol. & Gothofred. ad allegat. l. 3. in not. Imp. Honor. & Theodos. generaliter id prospici jubent,*

jubent, ut infausta hospitalitatis præbitio tollatur. *l. 6. C. d. Metar.*  
 quo ipso omne quod duram, intolerandamque hospitationem  
 efficere possit, removent, nempe ut inquietudo à Civitatibus  
 & possessoribus prohibeatur. *l. 5. C. d. Metar.* ne injurijs vexentur.  
*l. 6. § 5. d. offic. præf.* à Præda provincialium milites abstineant.  
*l. ult. C. d. lucr. advocat.* nec occasione metatorum incolentium  
 libertas ullo modo inquietetur. *d. Nov. 130. cap. 9.* Eadē Imperator  
 Maximil. repetijt in der Neuer Bestallung / d. Anno. 1570. *art. 43.*  
 ubi. Sie sollen sich für Beschwerung / vnd des armen Mannes Ver-  
 gwaltigung hüten. *art. 9.* Sie sollen auch alle vnd jede vnser vnd des Kei-  
 ches Durchernanen vnd Verwandten / wer die seynd / niemand außge-  
 nommen / in an- vnd Abng / vnd sonst in Durchzügen vnd Lagerungen /  
 nicht beschweren / scheken / plündern / vnd in feinerley Weise beschedigen.  
*Jure militari Svecico art. 77. 78. 79. seq.* omnis licentia severe prohi-  
 betur: Aurelianus inter leges militares ita sanxit: Nemo palliū  
 alienū rapiat, ovē nemo contingat, uvam nullus auferat, segetē  
 nemo deterat, oleum, sal, lignum, nemo exigat, annona sua  
 contentus sit. *Vopisc. in Aurelian. lib. 13.* Civitas amica nunquam  
 cogenda est, ut aliquid det invita. *Xenoph. expedit lib. 6.* Vivant  
 cum Provincialibus jure Civili, nec insolecat animus, qui se  
 sentit armatum, quia clypeus ille exercitus tui, quietem debet  
 præstare paganis. *Cassiodor. lib. 4. v. ar. form. 10.*

XLVIII. Non solum autē à Belli Ducibus leges hæc promul-  
 gatas, sed etiam summa veneratione à militibus exsequutas, hi-  
 storia docet. Quidquid igitur factum videmus necesse est con-  
 cedamus adhuc fieri posse. *Grot. d. jur. pac. & belli lib. 3. cap. 17. sect. 2.*  
*Apud Xenophontem* Græci cum Clearcho Persis pollicentur, nul-  
 lo se damno iter facturos: & si venales comiteatus præberen-  
 tur, neq; esculenta se neq; poculenta cuiquam erepturos. Per-  
 seus Rex, per Phiotidem, Achaiam, Thessaliamq; sine damno  
 injuriaq; agrorum per quos iter fecit, in regnum redijt. *Liv. dec. 5.*  
*lib 3. p. 79.* Agidis Spartani milites, spectaculum erant Civitatibus  
 clementer ac sine noxa & sine strepitu pæne peragrantes Pe-  
 leponensum. *Plutarch. in vit. agid. De Sulla Vellej. Patercul. lib. 2.*  
 Putares venisse in Italiam non belli vindicem, sed pacis aucto-  
 rem:

K

rem:



rem: tanta cum quiete exercitum, per Calabriam Apuliamque cum singulari cura frugum, agrorum, urbium hominum perduxit in Campaniam. De Parthica Alexandri Severi expeditione *Lamprid.* Tanta disciplina, tanta reverentia sui egit, ut non milites, sed senatores dicerentur: quacunq; iter milites faciebant, tribuni accincti, Centuriones verecundi, milites amabiles erant: ipsum vero ob hæc tot & tanta bona Provinciales ut Deum fuscipiebant. Bellisarius rusticorum tantam habebat curam ducendo exercitu, ut neminem eorum violare, nemini inferri damnum pateretur. Ne poma quidem in arboribus pendencia milites attingere adebant. Hinc castra ejus abundantiora fuerunt quam in urbe forum. Abstinentes erga Civitates socias & amicas, maxima beneficia, nullæ vexationes audiebantur. *Aretin. lib. 3. p. 112. 113.* Totilæ castra & ingressus Gothorum, per amicas Civitates & Gentes, omni scelere carebant. *Aretin. lib. 3. pag. 113.*

XLIX. Immò refractariorum militum paratas poenas in animalibus habemus. Bellisarius ob raptam gallinam, militem reſte punivit. *Conſt. Man. in annal. p. 84.* Pescennius Niger ob surreptum gallum, decem milites à quibus consumptus erat, ultore ferro persequutus fuisset, nisi accuratissimæ totius exercitus preces eum servassent. *Spart. in vit. Pescen. Nigr.* Maximilianus I. in bello contra Venetos, Vincentia occupata, ducentos milites propter prohibita spolia, suspendio sustulit. *Jov. in vit ips.* Totilas nullum malefactum impunitum patiebatur. Raptor ac violatori poena mors erat, & publicatio honorum, quæ quidem bona violentiam passo tradebantur. *Aretin. lib. 3. p. 131.*

L. Constat ex supra dictis, quanta modestia leges militares olim observatæ, & quam præceps poena transgressoribus irrogata fuerit. Puto illud adhuc in hodierna militia observari posse, si modò eadem media quæ tunc adhibita fuerunt, adhiberentur. Quænam illa sint *supr. concl. 29.* dictum. Hoc præstabat exacta cura proviſus rerum necessariorum & bene soluta stipendia & vigor disciplinæ inquit. *H. Grot. d. jur. pac. & bell. lib. 3. cap. 17. concl. 2.* Optandum foret, ut ærarium militare, perpetuis & certis

& certis reditibus stabilitum adesset, ut salarijs militum sufficeret quò sine quotidianis contributionibus, novisq; exactio-  
nibus, & oneribus res bellica subsistat. *Scip. Ammirat. discept. Po-  
litie. in. Tacit. lib. 1. disc. 11.* Quam solliciti prisca Romani exercitui  
stipendia aut ad victum necessaria suppeditaverint, ut ab inju-  
rijs abstineret. *videre est ap. Dn. D. Davidem Mevium in disc. d. metat  
concl. 22. lit. c d ubi tam curiose de stipendiorum & annonæ origine ac  
augmento tractat, ut aliorum diligentiam facile præverterit, idcirco brevi-  
tatis causa me isthuc remitto.* Verum cum hodiè summa potestates  
subnascentibus quotidiè novis causis, sæpè præter spem &  
contra voluntatem ab adversa parte in armis retineantur,  
adeò ut ærarij rationes expensæ faciliè superent nec stipendia  
debita exsolvantur, eadem etiam leges ipsis non dicenda.  
Indulgendum est ipsis aliquid, & tempori condonandum.  
Aut enim strictè stipendia exsolvenda, aut disciplina non  
per omnia observanda. Disciplinam quippè non potest ser-  
vare jejunos exercitus. *Cassiodor. lib. 1. varij. 12.* Mendicitas ad  
omnem desperationem vocat armatos. *Lamprid. in Alexandr.* Hinc  
maxima incommoda, frequentes deseruiones, rebelliones, ex-  
cursiones, seditiones, direptiones, & rapinæ, quorum damna  
maximè eos afficiunt quibuscum morantur, atrociorum ve-  
vo culpam in Principes regerunt, quod sine stipendijs militare  
coguntur. *Bodin. d. Republ. 6. cap. 7. p. 1047.* Iisdem igitur artibus  
adhuc hodiè exercitus gubernari posset si modo eadem media  
in promptu sint, quæ si cessent, nolentes volentes connivere  
cogimur.

LI. Finiam hunc discursum primum supra allegata divi  
Aurcliani lege, quam optarem, ut unusquisq; belli Dux, cordi  
suo impressum gereret. Si vis Tribunus esse, imò si vis vivere,  
nemo contingat, Uvam nullus auferat, segetem nemo deterat.  
Oleum, sal, lignum nemo exigat, Annona sua contentus sit: de  
Præda Hostis, nõ de lachrymis Provincialiũ habeat, in hospitib;  
castè se agant, qui litem fecerit, vapulet. *Flav. Vopisc. in vit. Aureli  
p. 20.* Exercitus quippè quem injuria & audacia antecedit, pla-  
rumq;


rumq; cladē & intertidū minatur: & prius quā Hostes irruant  
ipfi sua timiditate evertuntur, ipsiq; sibi Hostes sunt, divina vin-  
dicta eum exitum decernente, quem facta illorum meruerunt.  
Neq; enim probabile est, rem bene gesturos esse eos, qui la-  
chrymas & execrationes pro viatico secum auferunt. *Niceph.*  
*Gregor in hist. rom. l. 6. p. 49.* Et hūc discursus primus de Præda sit  
finitus, cæteri, si tantum à negotijs publicis  
erit otij brevi sequentur.

F I N I S.









the scale towards document

ta hospitalitatis præbitio tollatur. *l. 6. C. d. Metat.*  
nod duram, intolerandamque hospitationem  
movent, nempè ut inquietudo à Civitatibus  
prohibeatur. *l. 5. C. d. Metat.* ne injurijs vexentur.  
à Præda provincialium milites abstineant.  
*cat.* nec occasione metatorum incolentium  
o inquietetur. *d. Nov. 130. cap. 9.* Eadè Imperator  
in der Reuter-Bestallung / d. Anno. 1570. *art. 43.*  
für Beschwerung / vnd des armen Mannes Ver-  
*r. 9.* Sie sollen auch alle vnd jede vnser vnd des Reichs  
vnd Verwandten / wer die seynd / niemand aufge-  
Abzug vnd sonst in Durchzügen vnd Lagerungen/  
eßen/plündern/vnd in keinerley Weise beschädigen.  
*co art. 77. 78. 79. seq.* omnis licentia severe prohi-  
inter leges militares ita sanxit: Nemo palliū  
nemo contingat, uvam nullus auferat, fegete  
um, sal, lignum, nemo exigat, annona sua  
*sc. in Aurelian. lib. 18.* Civitas amica nunquam  
iquid det invita. *Xenoph. expedit lib. 6.* Vivant  
is jure Civili, nec insolecat animus, qui fe-  
tia clypeus ille exercitus tui, quietem debet  
*Affiodor. lib. 4. v. ar. form. 10.*  
um autē à Belli Ducibus leges hæc promul-  
ma veneratione à militibus exsequutas, hi-  
quid igitur factum videmus necesse est con-  
i posse. *Grot. d. jur. pac. & belli lib. 3. cap. 17. sect. 2.*  
ræcium Clearcho Persis pollicentur, nul-  
tueros: & si venales commeatus præberen-  
e neq; poculenta cuiquam erepturos. Per-  
dem, Achaiam, Theffaliamq; sine damno  
per quos iter fecit, in regnum redijt. *Liv. dec. 5.*  
tani milites, spectaculum erant Civitatibus  
oxa & sine strepitu pæne peragrantes Pe-  
*ch. in vit. agid. De Sulla Vellej. Patercul. lib. 2.*  
liam non belli vindicem, sed pacis aucto-  
rem.

K

rem.